

heretici creuerūt crudeliter digrassati in omnes fideles catholicos; sed se uerius in religiosos; cum dicerēt facticias religiones esse adinuētiones dia boli: unā esse uerā & solidā & syncerā, Christianæ pietatis religionē: quā in magno ecclesiē monasterio, sub abate Christo, omnes profiterētur in Christo baptisati. Obsederunt tum heretici magnis apparatib⁹ arcē regni prēcipuā Karlstein. Inerat cum ualido presidio Iohānes Polentz, regis capitaneus: sed a fame illi periculū imminebat; nec par esse potuit obsidētib⁹ ut in aciem educēs illis se obiectaret. Coangustatus ergo inuenit, qui soluta obsidione cōmeatus illi importarent. Fridericus Misne, & Fridericus Brādēburgensis marchiones & Ludouicus dux Bauarię, tribus agminibus adoriūtur obsidētes, & factō impetu in eos, aliquot milia fundūt: uer tuntq; in fugam obsidētes. Ita arx prēcipua, quę multa seruabat preciosa regni Romani insignia: quę illuc Karolus. III. inuexerat de manib⁹ perfidōrē eripitur. Quo tēpore, Fridericus de Brādēburgo marchio, in Parlberg cum Alberto duce Magnopolēse, de diuturno inter eos bello pacando, colloquiū habuit. Suberat belli causa qđ militares finē non facerēt depredationū assuetarę. Principi quidem suo se purgātes. Alijs tamē inno cētie sue fidem facere non poterāt. Cōpertū est, utriuscq; principis cōsiliarios, non eque ad concordiā laborare: qđ quibusdā, pacis tempora, qđ belli erāt grauiora. Hoc cum marchio comperisset: omni suorę cōcētu cōcīlī di missio: Idq; ex Alberto duce depositēs, solus cum solo, negocia pacis per tractauit; & conuenit inter ambos: ut Fridericus duas arces, Domze, & Gorlose, quas ex Magnopoli per bellū accēperat, de benignitate redde ret: filiamq; paruulā illi coniugē desponderet: Iohannē tñ iuniorē Sargardie dominū, quem captū tenuit, necdū relaxauit: pretensis quibusdam ex ratione causis: ut in alterū diē hoc seruaret. Erat tum bruma gelidissima: quę usq; adeo mare cōstrinxit: ut equites mare transirēt ex Prussia Lubiam: littoralibus credo locis constrictū mare, iter prēbuisse terrestre. Nā medijs in fluctibus raro est tanta quies ut constringi patiatur.

FINIT LIBER X.

INCIPIT LIBER XI.

Agnopolensis insignis Wādalie ducatus, per Albertū ducem Alberti regis filiū, administrabatur: Nam nepotes eius, ex Iohanne fratrele, Henricus, & Iohannes, im puberes tum fuere: educati sub matre Katerina. Albertus aut̄, uix exacto anno, a die desponsatę sibi impuberis puelle, diem suum obiit. Intacta puella rediit in paternā domū, ad patrē Fridericū marchionē. Opidū Witte burgū cum pertinentijs, donatione propter nuptias, habebat deputatū. Sed qm̄ in sponsalibus res hēsit, nec est peruentū ad nuptias, arbitratī sunt Magnopolēses, donationē factam non cōstare. Est enim propter nuptias

Hussite seue ri in religio sos.

Arx karlstein obsideatur

Tria agmina in obsidē tes.

Pax fit per solos dissidē tes principes

Mira maris cōgelatio.

Inanis donatio propter nuptias.

LIBRI XI. CA. I. ET II.

Tatela apud
patrios.

Danor_z rex
egit causam
corā Ro. res-
ge.

Sēcēti. lata, p
rege Danor_z

Papa cōpe
tēs arbiter.

Incendia in
tribus locis.

Iniuste de fur-
to cōdēnat⁹
citat ad deū

Citat⁹ obñt

uocitata, etiā si ante fiat. Cōmiserat aut̄ Albertus moriens terrā, & tutelā nepotū ex fratre, gubernatoribus urbiū Rostockij, & Wismarie; non ut administrarēt principatum; sed ut consilijs & auxilijs fouerent paruulos. Mater aut̄ paruulor̄ domina Katerina, Matthiā Axkowen militē, uirū ad omnia forte, prefecit rebus gerēdis, & eius dictu, & ministerio, cuncta pro imperio ipsa gerebat: mulier prudens, & que equaret, multosq; supe- raret uirtute. Quo tēpore Ericus rex Danor_z, causam suā apud regē egit Romanor_z Sigismūdū: euocauitq; duces Sleswici: ut de ducatu, corā illo rege transfigatur: Crediderim, arbitrū cause factū regem Romanor_z. Ali oqui, Dania nunq; subesse passa est Romanor_z imperio: ut tum rex legiti mus uideretur in causa iudex: Sed quod de uoluntate partiū susciperet arbitriū: idq; ut credam, inde adiuuatur: q; si Dania, uel iure, uel cōsuetudi ne, utere Romanor_z: plana causa uidebatur, & expedita, ut filii patri surrogarētur. Sed quoniā, ius aut consuetudinem Romani feudi Dania non agnoscit: putabāt regij concessionē Gerhardo patri factā, non esse realem sed personalē. Abiudicauit tum rex Romanor_z ducibus Sleswicēsem du catū, ex qualibuscūq; documētis, que pridem attulisset quidam, ad hoc in Daniā missus, decretor_z doctor. Sed deuolutū est laudū, reduciūc, tāq; ad arbitriū boni uiri, ad discussionē Sūmi pontificis: qui causam Theode rico Coloniensi archiepiscopo cōmisit audiendā. Indignatus aut̄ Roma- nor_z rex, q; auderet falcem papa in non suam messem dimittere: expositu- lare iussit, ad hoc missum, oratore. Poterat aut̄, nec omisit Sūmus pōtifex, qd optima ratione potuit, suū factū tueri: q; arbitriū ad se de iure deuolu- tum examinari mandasset. Sed hēc in Dania partim; etiā pro sua parte, in Saxonia explicita, nūc breui cōmemoratione satis est attingere. II.

Ribus, uno tempore locis, satis distantibus, quod prodigiū loco habitū est, exorta ferūt incendia: que nulla ui restringi poterāt. Gdani in Prussia; Tanclem in Wandalia; Duderstat in Saxonia ecclesiæ & monasteria una cōflagrarunt, cum multis mortalibus. Ferunt (quod diximus) nulla ui aquē, nulla deniq; subuersione domorū, succur- ri potuisse: donec a fundamentis omnia cōsumerētur: que illud incendiū attigerat. Rem tum quoq; nouā, & insigni multor̄ fama diffusam, ferūt in Liuonia urbe Rigēsi contigisse. Magister fratru ordinis Teutonicor̄ cum uellet nuptias conferere, inter iuuēnē professione mercatorē, & muli- erem, quā idem magister non odiſſet, refragareturq; iuuenis, q; dubie ui- deretur mulier pudicitie; que cōtemptū suū protulit ad uiūdictā: ut olim uxor Aegyptij, in Ioseph, & Pasiphe in Ippolytum; deferēs iuuēnē magis- tro fratru, de furto illū impetiuit. Ille iussit publico condemnatū iudicio, necari iuuēnem suspēdio. Iam moriturus iuuenis: qm inquit in hoc mun- do iniuste cōdemnatus morior: ad iustū iudicē uoco magistrum in diem tertium decimū, mihi de iusticia responsurū; ut ibi uerū inter se ac me ex- periatur iudiciū. Morit iuuenis: Magister auditā euocationē cōtempsit: uixitq; letus discutiens melancoliā. Venit dies constituta, & ecce subita egritudine corripitur, certus q; moreretur astantibus dixit: En morior,

ET LIBRI XI. CA. III. ET III.

uideo qui me uocauit astante; quo dicto obmutuit, & paulo post uiuendi finē fecit. Fabula uulga per omne Liuonię theatru. Mulier inde ab alio mercatore de uero furto impetiſ. Inuenit fideiuſſores, ut iure respōderet. intra diē uiriles ſibi uestes aptatuit: ut clericus tonsoratur, abit in Pruſſiā, non expectato iudicio; quod formidabat.

CA. III.

Mulier infq.

Erlaus Wolgasti, Caſimarus, & Otto frātres, Stetinēſes, duces, w cum affiduo de finibus bello colluctarent, aduersus marchionē de Brādēburgō: expedito exercitu Prinſlauia urbē claram Marchię obſederūt, oppugnarūtq. Ciues defenſioni ſue, non tam prompti, q̄ debuere, uidebant: equiores in hostiū partē, q̄ crebrius exacti & emūcti aere, preeſtē nō amarēt pincipatū. Vrgebat foris hostis. Intus, quē marchio urbi prefecit, uir militaris, hortat⁹ eſt: ut defenſioni ſue non deſſent. Sed dum acrius hostes instant, q̄ illi ſe tuerētur, capta eſt urbs. Capitaneus equo cōſcenſo abiit. Sequiti ſunt illum ex ciuibus preeſtātoribus uiri duodecim: arcē illius cum eo ingressi. Ille non auersatus ueniētes, dexterā iubet protēdere in fidē marchionis: tit eius eſſent potius, q̄ hostiū captiui: q̄ ſegniter urbē tuentes, hosti illā prodidiffent. Pincipes autē qui urbem coepere, poſitīs ad oportuna loca custodijs, iubēt adelle ciues in conuentu fratru preeſtatorē: q̄ locus ille capaciſſimus, minus etiā armis formidabiſ uideret. Prodiere frequētes in cōſpectū pincipū ciues. Tum admirās multitudinē Otto, fertur dixiſſe: Si uiri fuifſetis, non tam leui momēto urbeſ caperemus. Illi demiſſis capitib⁹, sacramenta preeſtā uictoribus: ut deinceps in eorū fide permanerēt. Homagiū uocant, facturi deinceps, qđ ab eis iuberent. Et ut prodigia inſeram⁹. Erat per id tēpus puella in Holſtānia, opido Schiddam, Christo deuota: que intra octo & uiginti annos nullo corporali cibo reſecta, ſolo Dñici corporis ſacramēto per ſingulos dies dñicos accēpto, uictitabat: corpus attenuatū, ſolis fieruis cohērebat & oſſibus: carnes cōſumpte, uires adēmerāt: curioſe experiri ſtatuit ſacerdos, ſi quid ſubeffet aliud: afferebat aliquā ptielle hostiā non cōſecratā: ut probaret, ſi Dñici corporis, ſola uirtus, fœminā uictineret. Ferūt mox deſtitutā uiribus factā, uelut in agone; & niſi citius Dñici corporis preeſtati one ſuccurriſſet, animā protinus efflaſſet. Idem quoq; alij in locis uisu cōpertū ferūt. Viuit hodie puella, aut paucos ante annos in Peruſio Italīe ciuitate defuncta eſt: de qua ſimilia ferebant per omnia.

III.

On facile poterat uetus odiū cōpacari: quod erat inter Magnopolenses, & uicinos Marchię habitatores. Trāſactū uidebaſ in ter Fridericū & Albertū pincipes: qđ proxime dixim⁹: Sed Alberto iam facto de medio, cum etiā Frideric⁹ marchio lōge uideret abeffe recruduit bellū. Nam Iohānes Gantz de Potleſt, iunior baro nobilis, nō cōtemniēdā manū militarem duxit in Magnopolim: q̄ cōtemneret terrae gubernatōrē: facile ratus terrā ſine pincipē peruidere. Sed Matthias milles, gubernator, expediuſſit non leuē militariū ſuorū numerū: & obuiā proſectus, manū cōſerit ueniētibus. Ibi fortiter utrinq; digladiatum eſt: Sed marchite numero & uiribus impares, ceſſere; capti ex eis plurimi. Ipſe haſ

Iij

Prinſlauia
urbs obſide
tur.

Capit urbs.

Dignū pincipē uicibū.

Puella annis
xxviij. abſcī
cibo.

Alia puella
Peruſij

Cōſerit
manū.

LIBRI XI. CA. III. ET V.

Princeps in
bello cadit.

Desertor fu-
git.

Io. Marchio
victor.

Arx quaevis
or rotar̄ ob-
sidetur.

Soluitur ob-
sidio.

Nouguardi-
s sequit pestis.

Hussite in
Misnam.

ro ductor cum multis uenit in manus Magnopolēsiū; insigniter ere emū-
ctus, priusq̄ laxaret. Magno deinde molimine Christopherus & Wilhel-
mus, dñi Wandalor̄ duxere in Prignissam, que est iuris marchionū, que
nerec̄ ad uicina opidi Wistock: ibi predas cōuectabāt, omnibus in circu-
itu euastatis. Iohānes Friderici marchionis filius, ueniētibus se opposuit;
& in uicino opidi Priswalk cōgrediunt. Bellatū est utrinc̄ strenue: ceci-
dit in acie fortiter pugnans Christopherus princeps de Warne. Erat ex
capitaneis Magnopolēsiū, qui turpi fuga cum quadraginta lanceis deser-
tor factus est principū suor̄: uenissetq̄ in manus hostiū Wilhelmus, nisi
Henricus Molsaen, uir fortis, pro suo dño se obiectasset periculo: captus,
ut ille euaderet, Iohānes quoq̄ de A, uir militaris, & iam cōsul Rostock-
ensis, ibi capiēt. Intercepti cū cōmeatib⁹ septingēti currus, tant⁹ fuit gerē
di belli cōmeat⁹, tanta in dies prouisio. Hac uictoria primū insignit Iohā-
nes iunior marchio, referens ex hoste spolia multa. Aderat illi senior de
Potlest baro: ut capturā filij, proximā, insigniori nunc uictoria aboleret. Ita
uertente fortuna, ut nunc hac, nunc illac se uertat, mobilis uolucrisq̄ ui-
ctoria. CA. V.

Asimirus de Stetino, & Werlaus de Wolgasto duces, assiduis
irruptionibus Marchiā uexauere: quod cum Frideric⁹, qui tum
in superioribus agebat Bauarie, intellectisset, ducto inde agmine,
quod etiā in Marchia uehemēter adauxit, mouit in hostes memoratos, in
ducatū Stetinēsem; obseditq̄ arcē, quā uocāt Quatuor rotar̄, quadriga-
riā dicere possum⁹, cīcūmittēs expeditos, qui omnibus quaestatis, prædā
in castra cōportarēt. Obsessi, misere, qui principibus suis rem exponerēt:
cōmonerētq̄ cōmeatū importare: q̄ sibi a fame uideref laborādū. Illi ue-
ro non segnes, ex Pomeranis, Prussis, Polonis, magnū exercitū cōparaue-
re: ut hosti obuiā eūtes, soluerēt obsidionē. Exploratū Fridericus habuit,
quāta manu superuenirēt: cīcūspicētq̄, uidit sibi, qđ hosti minabāt, im-
minere: defuturū cōmeatū, si a maioribus hostiū copijs cīcūsederef. ca-
stra igit̄ loco mouit, & in tutiora duxit: si forte hostis sequerēt, manū cū
eo cōserurus. Ferūt in obsidionis loco, cum duces superuenirēt, tanta Fri-
dericū celeritate, pfectū, ut apparatū oppugnationis, hosti relinqueret; bō
bardas cum machinis, & cetera id genus. Russorū tum urbem clarissimā
Nouguardiā uocāt, tāta lues inualit̄ epidimiē, ut intra sex menses, octua-
ginta hominū millia perirēt: tanta, ut ferūt, celeritate, ut ambulātes in pla-
teis, mox deciderēt: & ad sepulchra motuor̄, qui sani tumulādis alījs, ad-
uenerāt, cū mortuis, mortui, tumularent. Auxit aeris corruptiōnē, multi-
tudo insepultorū cadauerū, que ita profundauit corruptionē, ut maximā
celerētq̄ uim occidendi homines, haberet. CA. VI.

Am uero in Bohemia tantū excreuit potentia perfidor̄, ut non
cōtentī, in regno omnia pro arbitrio euertere, foras exercitū du-
cerē cōtenderūt: ut etiā uindictā in hostes suos molirent; memo-
res q̄ frequēter ab Friderico Misne marchione sunt profligati, in illū duce-
re primū statuerūt. Quatuor lancearū millia ferūt eduxisse; ea fuisse fe-

runt uiginti; aut si minus, sedecim equitū millia; Nam lācea quinq̄ iumentis, fulcīt aut si minus, quatuor. Ea man⁹ obsedit opidū Misnē Duxa. Id ueritus Fridericus, urbem, ut poterat, cōmuniuit, forti imposito præsidio, quātū defensioni satis esse putaret; armavitq̄ sex suor̄ millia; que ex oportunis locis incurrerēt obsidētibus: uexarētq̄ abintus, deforisq̄, ut obsidētione desererent. Impugnata est acriter urbs, & aliquādiu fortiter defensa: Sed ubi p̄fēct⁹ iam rebus suis intra urbē diffisus, siue, q̄ foris hostibus se cōsideret esse grauiorē, noctu cum p̄sidiō militū egredit̄: ciues cohortatus, ut fortiter tuerent̄ urbē; futurū pollicit⁹, ut foris inuasis hostibus, is illis facile labor creatur, quo oppugnādē urbis animū deponerēt. Erāt in ea urbe quoq̄ qui hostibus fauerēt: e quibus un⁹ clam muro delapsus, hostes admonet, fortiter oppugnēt, abesse p̄sidiū, qđ inerat: facile de manib⁹ ciuiū urbē capiēdā, si perseverēt. Illi acrius intendūt uires; sine requie oppugnāt: & pertinaci instātia perficiūt, ut defatigati propugnatores ciues, tuta requirāt. Hostes muro, inde urbe potiunt̄: s̄euīt sine exemplo in omnē ætatē, utrūq̄ sexū, omnē ordinē: strages sine ulla miseratione peragitur. Multi ex ciuib⁹ ecclesiā in castelli modū tētauerūt cōmunire: inde se defensuri. Superuenere heretici, & igne iniecto, omnē illā multitudinem incēdio cōsumpsere. Pereūt ecclesiæ cum priuatis domib⁹. Deīciuntur muri, & miserabili strage peracta, fit urbs sepulchrū suor̄ ciuiū. Ita ab alto, dissimulātē Dño, ut per occultā iusticiā, aut purget scoriam peccati, aut excipiat abudātius in cōtū sanctor̄ martyrū, uasa glorie. Romanorum rex, & ceteri principes, rem tantā reīciūt in Summū p̄tificē, & ecclesiasticos principes, ad quos aiūt pertinere, incēdiū ab ecclesiasticis ortū restinguere: Vt quid enim terrar̄ dominia: aut prouinciar̄ imperia: Num ut nepotes extollāt, & inter principes collocent: Num ideo permitta sunt illis uectigalia, ut inde luxurient, superbiant, impigescāt: Iusta nimirum querimonia, sed inexcusabilis ignauia, propter hoc permittere sequitiā imp̄issime gētis in populū catholicū. Dum istā stragē hostis Bohēm⁹ peregisset, in sua reducere cōtēdit exercitū uictorē, p̄dis onustū. Erupere ali qñ Misnēses armati, & oportunis locis, uelut ex insidijs inuasos hostes, ad tria millia, p̄sternūt: sed nihil ad eam stragē, quā illi intra unā urbē excitārūt. Felici⁹ in oppugnātes duxissent: qđ post uictoriā, post suor̄ cladem inuolassent: que tam diu causa cōtinuerit, incertū est: poterant prospicere multitudinē, cui pares esse non poterāt; sed iam p̄dis oneratā, iam incuriosam ab hostibus, adorti: fuderunt.

CA. VII.

Eec diu rebus erat quies: Aberat ea tempestate Fridericus in cōuentu principū Nurēberge detētus: ubi de gerendis rebus cōsultabant Germanor̄ more: qui longis cōcilijs, & frequētibus contubibus, magis distinent qđ finiāt res coepas: Dietam (ut uocāt) ex dieta creātes. Bohēmi heretici in castris agebāt; ducturi, ut erat opinio, in opidum Misnē Wissenzee. Opidani diffisi munitionibus, qđ manitiorē sua, cernerent euersam urbem: dilabuntur quo quisq̄ poterat, opido dimisso: sua quicq̄ in munitiora deportant, Interpellabant ex his nōnulli, dominā

Obsidetur
opidum.P̄fēct⁹ ur-
bis elabitur.Admonētur
hostes de p̄fēcti
abilitate.Expugnatū
opidū.Hereticor̄
impietas.Seculares in
ecclesiasticos
obloquūtTria millia
hereticorum
deleta.Mos Germa-
nor̄ in cōue-
tibus.Wissenzee
opidū Misnē

LIBRI XI. CA. VII. ET VIII.

Prudēs fœ
mina.

Busso duxor
exercitus.

Hostes sub
diuō.

Signifer pro
ditor fugit.

Cæsa XII.
millia.

Vrbis Princ
flavia.

Vkere fluii⁹

Porta incas
stellata op
pugnatur.

Friderici coniuge: ostendentes, quod immineret periculū. Fœmina pridiens, nuncios circuagit: omnē terre militiā contrahit, uicinos comites iuitat: ex opidis, ex agris, omnem pugnatorū manum contrahit: magnum perinde cōflauit exercitū: ductorem creans Bussonē Vicedom: uitrum, ut fama erat, acrem, & armorum scium: cui signa militaria in acie permisit: iussitq; ad terre ingressus, & ad custodiam oportuniſ in locis adesse cum expeditis. Tanta autē cōuenerat armata multitudo, ut facile confidenter hostibus ire obuiam. Igitur per montes duxere in Bohemiam: inueniūc in castris communitatis, hostes sub diuō agere: sed adeo firmatis mansere castris, ut iniudi nō possent. Altis fossatis, sublimib; uallis, sudib; preacutis, sese cinxerūt, ut telis hostes petere, ipsi ledi non possent. grandibus catenis cinxere munitionē, ut nulla ui ad eos posset penetrari. Stetere tamen Missenes, cum auxiliarijs in campis: aciem, tielut pugnaturi, ostendentes. Bohemii, ut est genus hominū indomitu& effrene, non passi diutius ad pugnā prouocari, educūt & ipsi in aciem: principia ferratis cathenis firmant: ut disjaci caput aciei non possit: ceterum ipsam perfringere hostium aciem conantur. Vix cepta est pugna: & ecce signifer Busso, uel rebus diffidens, uel proditionē exercitus, quod multi putauere, faciens, ipse in fugam cum suis se coniicit. Magnū rerum momentū ubi signa cedunt. Stetere aliquādiu primi pugnates: sed postremi cernētes fugam Bussonis, cum non parua suorū manu, & ipsi fugiūt. Bohemii iam cedentibus imminent: mactantes: qñ auersi omnes, in fugam respiciūt. Cesa ferūtur duodecim millia eo die: ceteris turpi fuga prolapsis. Ferūt deinde aperta uoce signiferū prodidisse exercitū hostibus, ut se uindicaret de principe suo, qui nuper germanū eius, proditionis reum, capite damnauerit. Quā necem, ut ille dicebat, iniustum, cum armis uindicare non posset, hoc ferunt modo perniciosissime uindicasse. Hoc uno nō cōtemnendo, sed memorie perpetuo cōmendādo exemplo, principes ecclesiastici & seculares sibi caueāt: ne nimiū his, quo's, uel in propria, uel alterius eis sanguine seu affinitate iuncta, personis lēserunt, fidant: ut eis rerum summā, prefertim in bello imprudenter credant.

CA. VIII.

Ohannes Friderici Brandenburgensis filius, pro patre absente relictus Marchie gubernator, non potuit dissimulare, captam nuper de principatu suo urbem Prinslauiam: subauscultans, percūstatur ciuium inclinationes, quos ubi audiuit, marchioni potius, q; Stetinensium ducib; propendere, constituit illis nocte, qua ualida manu urbem ingredere, ejere presidium, quod Stetinenses imposuere: & urbem in fluam redigere potestatem. Ad fluuiū Vkere patentem illi portam ciues fecere. Ingreditur noctu cum expeditis. Accurrit ciuiū multitudo, Brandenburg insonuere. Exterriti ducales: rem pene amissam intuentur: tenuere portam urbis incastellatā, munitāq;. Sed Johannes cum ciuib; uirtute fortiter oppugnatur. Extracta est in aliquot dies oppugnatio: ieiunum quia diuturna esse non potuit defensio, fame obfessos perurgēte, aggressi ciues, stramina cum paleis, uiridic; aggesto ligno, sumū condēsum

LIBRI XI. CA. VIII. ET VIII.

excitauere presserūtq; obcessos uehemēter. Illi iam rebus diffisi, deditio-
nis mentionē fecere: paciscētes, ut cum uestibus & armis, in sua proficiscan-
tur incolumes. Dimissi, cum in sua contenderēt, obuios habuere princi-
pes suos, cum expeditis, qui obcessis opē ferrēt: Sed illi necessitatē & extre-
ma omnia obtendētes, ostenderūt, non sua culpa properatam deditiōnē.
Principes incassum fatigati, retro ducūt agmē. Vrbs in antiquā marchi-
onum credit ditionem.

CA. VIII.

Vrbs redit
ad dñm.

Nnus erat post. MCCCC, septimus & uicesimus, cum Bohce-
a mi, iam iamq; potētores, tāta excreuerāt armorē peritia, simul &
audacia: ut in Austriam, ad uicina Viēne grassantes, peruenirēt.
omnia igne & ferro scēdantes. Incensa opida, euersæ urbes, deiectæ arces:
nullam uiderūt opponi sibi aciē. Ferūtur luscū habuisse ductorem, cuius
auspicij ubiq; uincerent: Vnus qui supererat oculus, ipse quoq; in prēlio
amittit: cœcus tñ in expeditionē egredit. Tzischa uiro nomē: Vbi audit
cōstitisse aduersas acies, ordinē requirit hostiū: & prout audit, iubet hēc
& illa fieri: nec illū sefellit existimatio. Semper Tzischa ductore redeunt
uictores. Angelū de cōclo missum in homine loqui arbitrātur. Diu pre-
fuit ordinibus. Vbi iam senectute grauis, ad mortem peruenit: iubet ad-
esse amicos: mandat mortuo sibi cutē carni deradi: eam pro corio induci
tympano quod ubicūq; hostes audierint, pollicetur fugituros. Moritur
ille: faciūt amici quod sunt iussi: reperiūt quod ille promisit. Ita, permittē-
te deo, regnat diabolus in mēbris suis. Ductū Bohemi in Morauia, Sles-
siā, nulli sexui, etati, uel ordini deferunt: pereūt quibus superueniunt
omnia; Misnā, Lusatiaq; peruagantur: opidū Bruxē oppugnāt: ciues ani-
mose tuentur. Cum ad reliqua festinaret, erexiūt in uicino monte presi-
diū, unde ciues fatigarent: Sed illis in alia declinātibus, imposuere suorū
ualidam manū. Ciues egressi cum aliquātis satellitibus, oppugnant nouū
presidiū: & captos in ea uiros uiginti, perdūt. In Lusatiam Christi hostes
mouent: obsedere Lubanā urbem: ciues pro viribus tuentur: aliquando
cōcepta fiducia, ausi egredi, hostes laceſſunt: & prima quidē parte stragē
faciūt: Sed cōglobati hostes, retro agūt ciues, urgentes in urbē: sequutiq;
cum illis ingrediūt portas. Iam urbe per eam occasionē capta, fit strages
infinita in omnē populū. Pastor ecclesię de eminētiori loco, hoitatur ciues
sonora uoce, pro Christi honore sortiter decertare: Pollicet regnū, quib⁹
ab improbis hereticis mors irrogatur: Non feiūt improbi libertatē sacer-
dotis: captū quatuor alligāt equis, in diuersum actis: ut crudelissimo ex-
emplo interiret. Clerus omnis in ecclesiam se recipiēs, laudes cōcīnit sum-
me uirgini; implorās auxilium: Salue regina, sonoris uocibus decantans:
Inter agendū, assunt cruentis hostes gladijs: raptos pueros dissecāt medi-
os: confodiūt sacerdotes: prophanāt tempa: cadaueribus, cruore, replen-
tur omnia: incēdūt ecclesię: subuertunt monasteria: monachi, & sacer-
dotes, contrucidāt: Anus, s̄cmine, uirgines, obruūt: Puelle & iunio-
res formine, ad libidinē reseruant. Infelix tragedia subuersarē urbium,
exuperat omnē fidem. Tam crudeli sequitur exēplo. Ea urbe ferro & igne,

Hussitę in
Austriam.

Cœcus dux
exercitus.

Ex cœt cœci
mortui sit
tympanū.

Hussitę in
Morauia &
Slesia Mis-
nā, & Mora-
uiam.

Strages imo-
manifima.

Pbri mors
crudelissima

LIBRI XI. CA. VIII. ET X.

consumpta, in aliā uertūtūr, cui nomē Goltberg: quā simili strage, ac seuis-
tia perdiderūt. Non sufficit lingua, nec calamus, crudelis populi scuītiā
explicare: Paruulos cum matribus una perimūt. Incredibile memoratu,
quo furore, in monasteria debachātur. In sola Morauiā, per unā hanc eſta
tem, decē urbes muratas subuerterunt: Miserabilis res, & que lachrymas
excuteret, etiā alienissimo: omnē pietatē, omnē humanitatē, protinus abię-
cerūt: Christianos se obliuiscūtur: omnibus infidelibus immaniores, im-
mo bestijs omnibus ferocitate incomparabiles. CA. X.

CA₊ **X₊**

Hussite infi
delib⁹ imas
niores.

Plescouia
Russor.

**Pleſcouia ca
pitur.**

Flensborg
obslidet.

Dux Iætali
ter vulnerat

Duplex uis
ctoria cessit
Danis.

¶ Er ea tēpora Russorū ciuitas Plescouia, cum suo regulo, gessit ho-
stilia in Liuoniā: incertū quid obīciēs. Quieuit ad eū motū, or-
do fratrum Teutonicorū. q̄ implorari expectabat ab ecclesia: ut
quoc̄ sub alas colligeret. Sed tum respexit episcopus ecclesię Theodo-
s, ad Vitoldū Alexandrū, Letuanię ducem: qui implorat⁹ ecclesię opē-
t: exercitūq̄ educēs, urbem obsedit; coęgitq̄ tolerare impetū, erūpere
in ausos. Sed cum minus Russi formidarēt capi ciuitatē munitissimam,
nē egere custodiā. Capta est ergo, uirtute Vitoldi Alexandri, & milis-
us in direptionē permissa: unde locupletati Letuani, alacres redeunt in
+ Ciuitas ipsa, cum regulo suo, ad iusta respondere iubet episcopo me-
rato. Interim uero, durauit adhuc ciuitatibus Wandalię bellū, quod
cepere in Daniā. Hac uero æstate anni uicesimi septimi, urbes emisere
fūtem, non cōtemnendā: quę insulas regni adorta, quantā uoluit predā
portauit. Opidū quoq̄ Flensborg, ea tempestate obsidetur a ducibus,
q̄ urbiū auxiliarijs: qua in obsidione, excitato tumultu, cum Henricus
x impiger ad omnia accurreret, scalāq̄ extremę munitionis cōscēderet
quid intus hostes agerēt, specularetur: superueniretq̄, qui principē in-
pans, nominaret: per sepis rīmā, cuspipe percussus, loctale uulnus accē-
quod in Saxonia diximus. Hanc quoq̄ per estatē, cum grandē ciuita-
maritimę classēm confecissent: ut mare securū nauigantibus prestaret:
nturas enim sciebāt onerarias naues de occiduis partibus, magnas, mul-
q̄ opes subuecturas: Sed qui classi preerant, obliti mādatorū, cum infœ-
ter cum Danis cōflixiſſent: Hamburgēsibus captis: fugā non satis de-
rā inierunt: quas tutari debebāt naues, tum hostibus permittentes. Vix
m discessere de solito suę stationis loco: ecce ad nauigant, quę expecta-
nīnaues: & Danis in currentib⁹, ad predā patuerūt. Ita duplii per unū
m uictoria, tum Dani sunt potiti: aucti rebus non paucis. Sed non est
uis oculis uisus, cum rediret, Lubicēsū prefectus, uir consularis: carce-
raditus, dum mandatorū factus immemor, magis ad fugā, q̄ ad custo-
, cui deputatus erat, respexit: diu illum Lubicēles uinculis macerarunt,
ouissime eductus, domi suę includitur, usq̄ ad mortem.

LIBRI XI. CA. XI. ET XII.

tumq; eeteris, Florentinū ciuem molliusculū utiq; virum, & sub suo cœlo
enerue fortibus Germanor; & Vngaror; copijs, ductore prefectū. Quis
non miretur, uel regis consiliū, uel procerum patientiam, uel hominis te-
meritatē intuitus? Et tñ prosper predicatur exitus, talis consiliū: Nam, ne
uel regem in delectu errasse, nec se presumptione culpandū uolēs ostēde-
re: ita per uigilabat: omnia cōsilio procerum prospiciens: ut magnā Turcis
cladem intulisse dicat: Diuersis prelijs, quadraginta hominū millia perdi-
disse cōmemorāt: nec ipse tñ incruentā referēs uictoriā. Per que tempo-
ra, Philippus dux Burgūdig, cum partes fouveret Swederi electi Traiectē-
sis in Rodulphū de Depholt, quē dixere postulatū, duxit: Obsidere, ue-
nit, qđ cōstabat, opidū Amessort, tribus milibus distas a Traiecto. Intro-
iuit prior Rodulphus ipse, cum expedita manu, & obsidionē expectabat:
uenit, obsedit, oppugnauit: muros etiā ccepit, nemine se intus cōmouēte.
Introierūt, desiliētes muro, iam supra quingētos, ex agmine Philippi. Iam
una accurrūt, qui intus erant, se cōtinentes, donec haberent, quos inuade-
rent. Capiuntur ad unū omnes, qui introierūt & qui pertinaciter repugna-
runt, capi noni passi, cedūtur. Viderant alij de muro quid intus ageret, &
Philippū admonuere. Ille obsidionē soluēs, duxit in Hollandiam suam,
frustratus. Per eandē estatē, cum premeret Ericus rex Danorū bello ab
urbibus Wandalicis, cogitauit illas a se auertere: alia uiam intentans, qđ si
per arma occurreret. Nam literis missis in cōmunitates urbiū memora-
tar; accusauit consulares, qđ aduersus antiqua foedera, & permissiones in
regno plurimas, que magno essent urbibus incremento, & profectui, ini-
quo ab senatibus urbiū bello premeretur: nisi ipsi bello auerteret suos cō-
sulares, & ad leges pacis, & foedera implēda cōuerterent: cogitaturū se,
quomodo in uitatis alias nationū mercatoribus, excluderet omni regno
suo ciues urbiū Wandalicar;. Huiuscē litere, non eodē ubiq; uultu aspi-
ciunt. Lubicēses, necdū oblitū fuerat, recētis de similitate uulneris. Vnde
factū est, ut cōquiesceret: Sed non eadē quies per omnes urbes. XII.

Wismariēles ciues, per occasionē literar; tumultuari cceperūt: insi-
mulātes proditionis consulares oratores: qui pridē missi fuerant
ad regē, qđ non ex fide rem cum eo pertractassent. Sexaginta igi-
tur viri, qui senatui aderant, immo etiā superfuerāt, imperantes, captos Io-
hannē Bantzow proconsulem, qui surētū iam pene manus euaserat,
& Henricū de Haren consulem in carcerē mittebant: & post intertiallum
dier; etiam scelerator; uineulis, & carcere inclusos, infamāt: uelut prodi-
tores urbis. Inde productos in forum, publico cōdemnant iudicio. Non
profuit viris bonis, qđ ex sententia senatus, & uicinār; urbiū, unanimi con-
silio, omnia dicerētur egisse: Publico celi sunt gladio in foro. Sed procon-
sulis filius, iniquam patris necē viriliter exequitus, vindicat: compēsat-
ionem facere cogebātur, erecto in loco cēdis lapide: qui ad nos usq; perdu-
rauit. Rostockcēses, cum similes ab rege literas accepissent, nec haberet,
eo nomine, quod suo senatui opponeret: occasione tñ literar; erigentes in
senatū cornua, rebus innouandis studuerunt; Sexaginta viris euectis, qui

Florentinus
preficitur ex
ercitu Ces.

Laudatur
prudētia Fla-
rentini.

Cōtentio de
epatu Traie-
ctosi.

Magnanimi-
tas obsessor;

Victoria co-
tundem.

Vafri regis
Danci inge-
nium.

Cōminatio
dolosa.

Wismarie
tumult' orit

Proconsul &
cōsul cedūt
gladio.

Fili⁹ uideat
iniuriā p̄is.

Rostockcē-
nū in senatū

LIBRI XI. CA. XII. ET XIII.

de publica utilitate ageret cum senatu: Quorū ea fuit opera: ut antiquum urbis statū repeteret: ciuibus, multas reposceret iam restrictas libertates: non intelligentes, temporē rationē exegisse, rē in plerisq; mutationem: Quis enim pro mutatione tēporē nesciat, alia, alias expedire? Sed illi tum sexaginta cōscripta capita, senatui obtenderant, uolētes, ea in reliquū pro legibus in urbe obseruari: iubētes, ea senatus autoritate promulgari, ut uim legis haberet. Senat², ubi uidit, nihil iam moderabile a populo posci, nec haberent quo uim eorū intentatā effugeret, deliberandū sibi, super ea re desumpserūt: causam esse magni ponderis: curandū, ne in re tanta p̄cī pitaretur sentētia. Proximo cōuentu, cum illis desuper fraternē cōmuni- candū, ut ea constitueret, que omniū paruulis, & successoribus, essent to- leranda: orare, ut ipsi quoq; ciues, rem tantā mature pensitarent: se esse pa- ratos ad omnia: que publicae utilitati & ciuiū uoluntati, accōmoda uide- rentur. Huiuscemodi uerbis flexere instātiā & rigorē ciuium: impetraue- recq; ut res in dilationem poneretur. Postera luce, primus inter procōsules quasi magnū foris inimineret ciuitatis negotiū abibat; per cuius absentiā, q̄ res omnis ex eo pendere uidebatur, nihil fieri poterat. cuncq; nec sic con- quiesceret uulgas, magisq; incenderetur, tumultuareturq; duo etiam alij secesserūt. Quartus qui superat, nec ipse solus rem tātā agere poterat, ibat post collegas.

CA.

XIII.

Am ciues Rostockēses, mobile, & tumultuariū genus, iam sibi illusum, per abitum proconsulū reputabāt: Euocata cōmunitate, procōsules suos citabant absentes: Non cōparentes, tanq; reipu- blice & cōmunis utilitatis, desertores, proscripterūt. Hāburgēses & ipsi, se cōmouerūt, sexaginta uiros exuscitātes: quorū prima fuit opera, Iohānem Cletzen, uirum cōsularem, quem apud Flensborg, copiarē suarū habue- re p̄fectū: cum per indulgētiā, minus suos in quiete, & castris, cōtinu- issent: prebuisseq; diceretur occasiō ad necem ducis; iussere productum in iudicio, capitalem subire sententiā. Ferunt tñ, illi non tam fuisse causam mortis, que pretendebatur, q̄ liberā eius lingua, q̄ in senatum urbis, abusus ea libertate diceretur: mendaciō insimulās publicū concilium: Que res effecit, ut minus se opponerent patres, in eius necem, populo conspirant: Plexus est ille gladio p̄blico. Tum quoq; Sūdis, tristis se cōmouit erin- nys: Nam audaciā sumpsere quidā de literis regis, ut cruētū inire cōsiliū opprimēdi consulatus. Emergit utcunq; crudele institutū: captiō sunt ui- ri sex: coctores erant cerevisie, qui sibi incōcessa licere uolebāt: Que cum ab senatu resciarētur, tam atrox opprimendorē patrū inire consiliū, in quo facile assensurā plēbēm sperabāt; multitudinēq; facile fieri nouarē rerum cupidā, q̄ iam literis regis, ad tale aliiquid inuitarētur. Capti uiri sex, & in questio[n]es positi, omnē factionis ordinē edixere. Parsum est, ne in plu- rimos sequiretur. Sed q̄uis compertum haberent, non tam insigni paucita- te rem constitisse, noluerunt tamen diligentiorem indaginem facere: ne in magnam multitudinem res perueniret: Admonitos uoluere ceteros pau- corum supplicio, ut cauerent in reliquum: temperatum quoq; est ob eam

Senat² petit
ēp̄us delibe-
randi.

Procōsules
urbe discess-
sere.

Rostockēn
tumultuarij

Hāburgēn
creat LX. ui-
ros.

Vir cōsula-
ris decapitat

Sūdis surgit
nouitas.

Capiuntur
sex uiri.

LIBRI XI. CA. XIII. ET XV.

causam suppliciū; ut non rotis sed gladio poena sumeretur. XIII.

Ostockenses uero, quorū ab ijsse procōsules, cessisseq; loco dixi-

mus, propter popularē tumultū: cum non quiescerent, sexaginta
in ea urbe uiri, euocabāt in prētoriū cōsulares qui remāsere. Nā

& ex hoc ordine nōnulli cesserūt urbe: Illos quoq; exauthorauere, q; im-
putarent etiā illis cursum rerū, quas nolebāt. Destitutos ergo administra-
tione, domū abire iusserunt: non rēdituros ad publica negocia, nisi reuo-
carētur: nouo cōcilio sibi opus esse putantes: cum non possent sua temeri-
tate creare: hoc enim uiderūt, sine principū authoritate: qui tum, ut dixi-
mus, pueri, sub matre & tutoribus agebant: ut aliquā speciē iuste electio-
nis haberēt: Iohannē de A, uirum consularem, inter militares & ipsum no-
tissimū militarē, & dominę, ducum matri, satis cōmēdatū, euocabant: eiq; Io. de A. pro
consul Ros-
stockensis.
primi procōsulis locum attribuerūt: ut ille suo arbitratu ceteros designa-
ret. Ille de sexaginta uirorū consilio, quinq; alios ueteris cōciliū participes
euocauit: ut sextus ipse, alios octo ac decem, ad plenum cōciliū assumeret.
Itaq; factū, ut ad legitimū patrū conscriptorum numerū allegerētur. Ex
quinc; autē ueteris cōciliū participibus, duos etiā tum proconsules euexe-
runt: Gerhardum Wiman, & Henricū Berndes. Hi tum tres noui cōciliū
procōsules, rem administrarūt. Wismarienses statim sequuti uicinę urbis
exemplū: destituto ueteri senatu, propter cōfederationē, quā cum Danorū
rege, literis prodentibus, inijsse dicerentur, nouū creauere cōciliū:
sed prudenti in ea parte usi instituto, principū tutorē, militem oberatū ha-
buerūt: quo per authoritatē principum gerī omnia uiderentur. Effēcitq;
hic miles, ut prīnceps tum senior Henricus, uix octennis puer, nouū cōci-
lium sua manu, in sedes & subsellia collocaret: quatuor ex omni numero,
eorū arbitratu procōsules designaret: quibus gerendā in reliquū rempu-
blicā cōmendaret. Ita prosperatum est regis Danorū in illas urbes propo-
sītum: ut ejacerent, qui rem in urbibus administrātū. XV.

Gitur quis innouatū esset in plerisq; Wandalicis urbibus publi-

i cū patrū cōciliū: non tñ desīt bellū suscep̄tū in regēm Danorū:
quo minus proxima estate grandē ex dictis urbibus classem ar-
marēt: ducentarē sexaginta nauīū. Generalis in omni classe capitaneus cō-
stituitur, Gerhardus dux Sleswickensis qui prētoriā nauim militaribus
Holsatię impleuit: duxerūtq; in insulas Danię predatū. Nemo illis classe
occurrit: Duodecim milia erāt ad pugnā militū: duxere in portum (quē
uocant) mercatorē: q; ibi uelut regni capite regia haberetur. Sed multum
diuq; ibi laboratū est inaniter: cum non procederet obstruendi port⁹ cō-
ciliū. Cōseruere enim trabes in mare demissas; ibiq; uelut in solo pugnā-
tiū, bombardas imposuere: uiriliter pugnant, nec tñ Dani, qui naues suas
oportunis locis in portu cōstituerunt, cōmunierūtq; tum quieuere. Mul-
ta utrinq; accepta incōmoda: sed maiora de parte Danorū fuerūt. Non
poterant tamē urbici ad interiora penetrare: prohibiti fixuris trabium, &
assiduis ictibus bombardarē. Qua de re, ut portum interciperēt, obstrue-
rentq; ex singulis urbibus, unā, & eam ueterrimā delegere nauim, quā in

LX. uiri ex
authorāt.

Io. de A. pro
consul Ros-
stockensis.

Duo alii pro
consules.

Wismariæ
nouū cōciliū
creatūr.

Classis. ecclia
nauium.

XII. millia
militum.

Multa incō
moda utriq;

LIBRI XI. CA. XVI. ET XVII.

Nailes me
gūtur in por
sum.

**Imperium
frustratio.**

Codicilij pro
vinciale in
Liuonia.

**Deliguntur
legati ad ur-
bem Romā.**

Goswinus
de Altheber
ge carnifex.

XVI. p. sonę
sub glacie
merguntur.

Lactaria carniifidis.

Hussitæ in
Silesiam.

pōrtū demergerēt; ut omnē aditum exitumq; intercluderent Danis; inie-
ctis in naues grādibus saxis. Diuisere ex equo maris, quę obstruerent in-
terualla: & alijs quidē urbiū militibus, satis prospera fuere, quæ institue-
bant. Soli Wismarienses, incaute nauim suam in longū per incuriā demis-
sere; quę fuit agēda in trānsuersum. Igitur Dani, ista moliētes urbicos, uiri-
liter impugnauere: perfecerūtq; ut intermissō opere, tanti conatus & im-
pense fruſtrarētut. Itinerim, quos dixerat Vitalianos, cum sua sorte milita-
rent ciuitatib; nec satis prēdar; ihuenirēt in Dania, cōcessere in Norwa-
giā: emporiū Bergēse expilaturi, quod, quia in Norwagia dixim⁹, nūc
trāslēutes, ad alia diuertamur. Adolphus interea dux, iam duorū fratrum
mortuo Henrico, nattū maior: terrestri expeditione per Iutiā regē infœ-
stabat. Tēpora nūc signatū tiam res explicat in Saxonīa. XVI.

h Enricus per hęc tempora archiepiscop⁹ Rigen sis, cōciliū celebra uit prouinciale, cū suffraganeis suis: multis inibi decretis, quę ad statum ecclesię pertinerent. Operē p̄cīū uisum est, sedē apostoli

cam aduersus oppresores ecclesie inuocare; detegereq; per nuncios cal-
mitosum ecclesie statum, q; ab his qui auxilio terre sint impositi, opprimi
tentaretur. Delegetur ad eam legatione, decanu Reialiensem, cum aliquot
de singulis ecclesijs collegis: quibus Rigensis Tarbatensisq; procōsules, ex
filiis suis, clericos, Romanā curiam uisuros, itinxere: tuel ut in aliqd Italie
palladiū collocati, literis indulgeret. Erat ea societas itinerātium sedecim
personarū, profecta terrestri itinere ad initiu quadragesimæ, q; mare tar-
dius fit per glaciē nauigabile; iumētis uecti Grebbin, ad exitu usq; Liuo-
nię, peruererūt. Ibi ab arcis prefecto Gossmino de Asschēberge, ordinis
Teutonicorū fratre, crudeliter inuadūtur: primū adēptis literis, plectisq;
terre proditores arguitur: & quicquid ab illis in purgationē diceretur,
de priuilegijs clericorum, presertim Romipetare, irridetur magis q; audi-
tur. Mox rebus omnibus & non parua pecunia, nudati, uestibus demum
exuūt, ligatis manibus, pedibusq; in profluētem ritu (Liua uocat) sub
glaciem detridūtur: crudelicq; merguntur exemplo. Ita frater ordinis diue-
nirginis, manus suas cōsecrauit, facerdotū & innoxiorū iuuenū miserabili-
nece. Idem ille carnifex, testatus egregiū facinus, scribit terre pontificib;
Noueritis, inquit, nuper a me deprehensos prouincie proditores, clericos
uestros, rebus, & uita exuisse: nulli⁹ iussu, aut cōsilio: sed q; tutādis finib;
prefectū scitis, publico functus ministerio, publicos hostes feci de medior;
eam rem nemini, preter me imputādam, ego profiteor; nam publicā pere-
gi utilitatē. Hoc rogo, quid erat, nisi addita calamitati miseriōꝝ insultatio-
cum ignoret nemo nō esse authore, qui fact⁹ est exequitor. XVII.

Vo tempore, perfidi, & omnib⁹ uere catholicis perniciosi, ac for
midabiles, Hussitæ, Bohemis heretici, iterū ausi exercitū educe-

re Silesiam inuaserunt: quinque urbes, non cotemnendas, armis coe-
perere: Sine discriminē omnē etatem, & sexum, & ordinē, mactauere: lugubris per omnia tragedia: ea conari Christiano nomine preditos: Ecclesiæ, monasteria, sine ullo diuine religionis respectu, subuerterunt; incipit Christus

LIBRI XI. CA. XVII. ET XVIII.

sti & sanctorum cōtumeliam, aceruatis undiqꝫ Christi domini, & sanctorum
imaginibꝫ, accēlo igne, suppriorē quendā ordinis predicatorum pariter cō-
cremarūt. Hec qualibuscūqꝫ tum oculis aspectaris Romanorū rex Sigis-
mundus, impune permisit: uel qꝫ ab ecclesiasticis Imperij uectigalia & pa-
trimoniū tenētibus, non adiutiarētur: uel qꝫ Turcis ad Vngariā magno
bello implicaretur: poterat utraqꝫ causa concurrere: nam constituit hoc tē-
pore, magno exercitu Turcis regē cōflictare, deiecisse illorū arcē, que suis
finibus immineret: unde etiā multa illi regno intulere discrimina. Per qđ
tēpū, multa uicissim illata sunt incōmoda rēgio Dniæ, mercatoribusqꝫ
urbiū Wādaliscar. Nam cūctis quiescētibus, Vitaliani, qui sua sorte pro
parte urbiū mīlitaret, non quieuerūt: sed p̄redis institere ex Dania Nor-
wagiāqꝫ, quod suis locis commēmorauimus, nunc transilientes. Wiſ-
marienses, cum suis gregarijs, ingressi tum mare, grandem ex Suecia na-
uim, que regi censum ac tributa deferret, uident adnauigare. Inerat uali-
dum p̄esidiū trecētorū mīlitum, cum, quod acciderat, p̄quidissent, cāuere
uolentes. Igitur manū cōserita, durū inēut prelītū. Wiſmariēsum plures
uulnetati, & aliquot cefi: tamē uictores ad extreñū nauī cum rebus poti-
untur: Captisqꝫ supra ducētos, in portū Wiſmariēsem adnauigāt: spo-
lio iriter se, uiritim, & pro cuiuscqꝫ merito, iuxta ritum suū partito. Interim
ne quid interfitteret, quod bello finē properaret, urbes sex Wādalice,
Wilhelmu ducem tum Lueburgēsem inuitāt: ut quadringētis lanceis,
hoc est equis bis millibus, Iutiā ingrediatur: ibiç per mensem totū persi-
stēs, hostilia initēt: p̄eda potitur, ad sua cōmoda. Iūgunt se illi Holsati.
Stipēdiū duci cōstituit uiginti (ut ferūt) millia. Ille spōdet, ex fide implet.
Multā opida expugnat, & arces, nec quiescit, quo minus uastitate omnia
turpet: & iam plura, etiam hostibꝫ, inferre poterāt discrimina, nisi iam di-
es cōstituti laboris exisset. Promisso ēre, cum multa gratitudine persolu-
to, dux onustus p̄eda, retuertitur in sua: nouū sibi per absentia suam crea-
tum competiens labore, quē in Saxonia explicuim⁹.

XVIII.

Vndenses per id tempus insigni potiti sunt uictoria. Aberat rex
Danie Ericus apud Romanorū regē, & deinde in peregrinatio-
ne terre sancte. Cum familiā régine, multas in conspectu naues,
que starent in anchoris, haberet, quibus, si uellet uteretur: aliquā bello na-
uare operā instituit. Igitur quinqꝫ & septuaginta nauibꝫ perarmatis, ur-
bem Sundēsem ibāt exterrere. Improuisi adnauigantes, quas in portu re-
pererūt noctu naues, incendio perdūt. Iam luce appetēte, in pontibus ad
urbem Dani hostēs cōstitere: ictibus crebris bōbardarum iacentes in ur-
bē. Ciues apparatū nauī nullū habētes, urbe se cōtinuerūt. Iam cōuitijs
exaturati in ciues, abire parant: cum uent⁹ aduersus detruaderet eos in Pa-
nim fluuiū. Iuterim trenere aliquot de Lubica naues, & supererāt incēdio
quēdā nō cōcremat⁹. Armant ex omnibus septē: spōtanei prosiliūt ciues
ad pugnā: qui paucis plures inuadere ausi nauibus, armati capiūt, expe-
ctat de latibulis suis prodituros Danos: uenietes inuadūt, plures q̄ septu-
aginta, sole septem naues; animo q̄ uiribus prōptiores. Cōfigit uictoriā
K ij

Hussitēcē
mant imagi-
nes.Magnus ex-
ercitus in
Turcoſ.

P̄eliū nauale

CCCC. lan-
ceæ Iutiā uā-
stant.Rex Danorū
in terra sancta.VII. naues
uictores con-
tra. LXXV.

de. merguntur ex Danicis aliquot, & una de maiorib⁹ capit. Impositi in
eam ex ciuibus decem uiri, qui iam captos tutarētur, ab alijs, ne ledantur.
Sed Dani, qui inerāt, non satis obstricti a uictorib⁹, uentū nacti secūdum
abeūt: custodib⁹ secum abductis pro captiuis: Q_z enim dexteram Dani
non dederāt, captos se negāt. Ceterū ex remanentib⁹ Danis, capti plures:
Alij fuga elabuntur. Victores ciuies, supra trecentos in urbē duxere capti
uos: quos ēre multatos, in Daniā remisere. Eam rem grauiter, cum redi
ret, tulisse regem ferūt: indignatū regine q^p illud, uel procurasset, uel non
interdixisset negociū. Addūt nōnulli, pregnātem foeminā indigne ab re
ge attactam, inde mortem obīsse: q^p tenera mulier & pregnās, toruo eti
am uultu, poterat satis ledi. Erat Portugalię regis filia, nomine Philippa:
dotem(ut ferūt)attulit, denariū aureū uirum, magno pondere, & ualore,
millia multa pensantem.

CA. XVIII.

Asimirus & Otto duces Stetinenses, cum ad expeditionē quā in
Bohēmos instituerāt, q̄s ex subditis, ad magnos sumpt⁹ depo
scissent: Stetinēs q̄z ciues, satis ad rem spōtaneos, haberēt, q^p fide
rent ciues, plurimū in erario, repositum esse thesaurū: cum ea pecunia nu
merāda esset, collectā senat⁹ ciuibus indicere cōstituit, cum in erario, non
ea, que putaretur pecunia esset. Indignati magno murmure ciues, inuecti
in senatum: ubi nam ex multo tēpore collectū q̄s impēdissent, quēsiere: cal
culum rerum omniū sibi fieri postulātes. Rei nouitatē detestati primi ex
procōsulib⁹ duo, q^p nollēt rem exemplo perniciosem posteris relinquere;
cum etiā furore populi formidareūt, ad suos se principes cōtulere: uim que
illis intentaretur, querulātes. Principes rem non cōtēpsere: sed mox omni
quā poterāt, cōtracta suor⁹ manu, urbem ingrediuntur: nihil ueriti furo
rem populi. Iubēt ex tumultuātibus, duos, qui capita uiderētur capi: iudi
cioq^z cōdēnatos, q^p tumultū excitassent, rotis suppliciū persoluere: procō
sulib⁹ iu sua subsellia restitutis. Inueniere illi uiam qua mox principib⁹ du
odecim millia numerarētur: quibus illi acceptis, suis ciuib⁹ gratificati, iu
bēt omnia in trāquillo pmanere: acerrimis in eos poenis, pmulgatis, si qui
ex hoc die ausint tumultū in populo cōcitare, ad pturbandū trāquillū ur
bis statū. Quieuit pinde urbs per aliquāta tēpora. Vrbes interea, que uo
cantur Wādalice, diuturno bello in Darios fatigatę, ac fatigātes, sepe pa
cis, ut mercatores, habuere mētionem. Cōstitutus loc⁹ in Nicoping, mi
serūt oratores ex quac^z urbe. Diu tractatum de cōpensandis damnis, de
satisfactione in regem, q^p foedera rupisse ciuitates dicerētur, deq^z illis re
formādis. Hec enim omnia rex deposcebat. Cum ceterar⁹ urbium orato
res, deliberādū sibi desumerēt; ipsi Rostockcēles, ut semper, prēcipites, q^p
etiā aliūde premerētur, a propulsis procōsulib⁹, pacem ab rege uoluere: re
gisq^z cōstituta, uel soli acceptauere. Rex diuisione ciuitatū lētatus, mox
Rostockcēlos pacē permisit: eāq^z statim iussit preconari. Ceterar⁹ urbi
um oratores, cum referēdum sumerēt, in sua reuersi, cum maioribus deli
berauere: miserūtq^z, omniū nominibus, Sundēsem procōsulē qui regi sa
tis familiaris, cum illo cuncta perageret. Sed & ille, ubi regē in suā flecte

Vincti uinci
unt uictoresCCC. capti
ui.Regina tene
ra obītaStetinēsis po
pul⁹ petit cal
culum.Duo de po
pulo necantTractatur de
pace q^p urbi
cos.Rostockcē
precipites.

LIBRI XI. CA. XX.

re non potuit sententiā trāsliuit in placita regis; pacē & ipse pro sua urbe ap
probans, Hamburgēses, cum suis ducibus stabant: nec, nisi omniū cōmu
ni pace, poterāt, aut uolebant, de pace tractare. Nulla enim principū mē
tio, aut ratio habita est, in his, quę apud regē gererentur: & ideo, illi placi
tis in reliquū propter suos dominos abstinuere. C A. XX.

Vssitę per ea tēpora, populus mālo Christianorū natus, cum nō
h satis Turci, & Tartari, & Saraceni, uiderētur esse ad supplicium
Christiano populo: ipsi intra uiscera Christianismi sequierūt. Mi
ra Dei dispēsatio, quae filios ire ita mittit in filios regni: ut tunisonibus &
pressuris, expoliāt lapides edificandos in muros supernę Hierusalē. Nam
anno tricesimo post mille quadringētos, solita rabie exciti, inuadūt Slesiā,
noua immanitate debacchātes, Lusitaniācę peruadūt: opidū Gobbin cru
delissime diripiētes: sequiētescę in omne genus hominū. Perierūt hominū
multa millia, in populosissimo opido: factaç est urbs illa ciuium suorum
cōmune sepulchrū. Monasteriū, quod Celle dicit, a fundamētis euertūt:
monachos exquisito genere supplicij, primū manibus, pedibusq; trūcatis,
abīsiunt. Vratissimē urbē frustra oppugnāt: sed suburbia, & omnia
uicina, longe latecę adiacētia, populātūr, excindūt, flāmis urunt: plēbe ad
interneciorē cesa. Sequierūt ubiq; Orphani, sic enim se gaudebāt uocitari,
q; sine patre essent principe, sine matre ecclesia, quā illi cōtempserē: Et iam
in Misnam agmina cōuerterūt. Principes inferioris, ut uocat, Alemanię,
Wilhelmus dux Brunswickēsis, Guntherus archiepiscopus Magdebur
gensis, Iohānes Halberstadēsis, Magnus Hildesemēsis, episcopi, Lüdoui
eus prouincialis Turingie, Iohānes marchio Brandēburgēsis, multi pre
terea comites & barones, magnis agminib; duxere in Bohemos: & qm
in Misna cōfligendū uidebaſt, uoluere principes, ut iure militari, is, in cu
ius principatu prēliū iniret, accipienda forte damna refunderet: caueretq;
de infecto. Marchiones illi, se tā magnis & multis principibus, de damno
cauendo, putabant impares: simul, q; non eorū expeditio, sed cōmuniſ po
puli Christiani causa ageret: & si bene pēſarēt, singulorū res essent in me
dio: Superatis enim cōtinētib; facile Bohemos esse peruēturos ad proxi
mos: proinde Christi causam nossent, non Misnenſiū, & si in illo solo cōfli
geretur. Quia cōtētione in immēsum crescēt, cum finē non inueniret, tan
ta dissoluit expeditio: effusi in uentū labores & impensæ. Wilhem⁹ dux
omniū, ad pugnā promptissim⁹, sed desert⁹ a socijs, impar hostib⁹, omissa
expeditione, inibat peregrinationē, profectus in terrā sanctā: & inde reuer
sus, Sigismūdo Romanorū regi, aliquādiū militauit: aliquot prēlia in Bo
hemos, sed leuia fecit. Cum igitur Orphani, tātum propter se collectū a
principib⁹ exercitū, cōfligere in se non audere interpretarētur: in superbiā
uersi, atrocius ubiq; desequiūt: Iam opinionē induerūt q; inuicti, omnibus
ut essent, uiderētur. Euersa opida, & expugnatę arces: nonullas turbes, ci
ues sua sponte deserētes, in tutiora se loca recōperūt. Opidū Plawe fun
dit⁹ excisum, habitatorib⁹ ad unū cēsis. Euersa monasteria, monachis eru
deliter peremptis. Ausē sunt ferociissime iam belue lōgius ducere. In Frā
K. ij

Hussitę seqū
unt.Inuadūt Sles
iā & Lusita
niam.Sequitia in
monachos.Principes su
mūarma.Cōtentio in
ter principes.Hussitę in
superbiā.

LIBRI XI. CA. XX. ET XXI.

Hussite in
Frâconiam.

Hussite tri-
bus agmini
bus in diver-
sas pñncias

Beilz noui
i Rostockcén

Hostes Ro-
stockcénium.

Dñs Wāda
liq detegit
tradimētū.

Cōlurati ce-
duntur.

Rostockcén
in hostes.

coniam usq; peruenere. Ad Bambergā oppugnationē tētauere: sed ciues auro redēmerūt incōmoda infanda. Nurebergā p̄cipuā urbē adorūt: maluerunt & illi, auro q̄ ferro pugnare. Itaq; accepta ab illis ingēti pecunia, inde mouerūt, iam ampli⁹ q̄ uni uexandē prouincie, satis sibi uiri um habere uidebātur. Tripertito agmine se diuidūt: pars in Vngariā; alia in Poloniā; tertia in Austriam duxit: igni ferroc; omnia fēdātes, uastantesq;. Mirū & incredibile, ni cerneretur, tātam unius esse prouincie poten tiam: sed ex creuit ferocia per ceterorū ignauiam. Et miramur olim Wāda los, per Germaniā, Gallias, Hispanas, tāta patrasse, Aphricā imperio tenu isse, quādo eius gentis, una portio Bohemii tantū ualeat, in florentes, iuxta se prouincias, quibus nēmo par esse possit bello. Virgam parauit pater ad castigādos liberos: quib; etiam man⁹ uidetur alligasse, hoc est gratiā re pugnādi non dedisse: Hoc enim est illius alligare. Sed caueat uirga, castis gato filio, prōjicitur in ignem. C A. XXI.

Vm in Dania de pace tractatur, inter regem, & urbes Wandaliā d cas, Rostockcēses, nouo a terris bello inuadunt. Proscripti pro consules, apud dñam terre, & administratores effecerāt: ut cōsti tuto ad id die, quo intra urbē quietiora omnia putarentur: conuiuali die, quo de more calēdas peragerent, magnā manū militare, cum aliquot prin cipibus aggregarūt, inuasuri urbē. Nam erant intus proscriptorū cognati, & amici, qui rem una curandā suscooperāt. Conuerterant ad eam rem in armis, Otto dux Luneburgēsis & Brunswickēsis: Ericus dux inferioris Saxonie, germanus frater dñi Katerinē: Hermānus episcopus Zwerinēsis: Iohānes comes de Hoia, & ipsi duces paruuli Magnopolēses. De dire ptione urbis agebatur, qñ aliter ad sanā mentē ciues redigi non poterant: ut uel sic reponerentur exiles proscripti. Wilhelmus erat dñs Wandaliā, qui magnā inde prospiciēs futurā sanguinis effusionē, & bonę urbis sub uersionē, rem ciuib; detexit. Habuere ciues in armis plurimos: porte ur bis, impositis presidijs, seruant diligētius: arma in propugnaculis prōpta fuere. Tam erat res in arto constituta, ut priusq; rescirent ciues, nōnulli ur bem ingressi, statuerūt deintus rem inchoare per tumultū, dum superuenient, qui foris tendebāt. Aliquot, nunc armati, se ostenderant: cum scirent paratū agmen, extra urbē signum irruptionis demorari. Sed qm̄ ciues & ipsi uigilabant, deprehensi in urbe, qui se cōmouerant, & publico iudicio damnati, excruciatī perierūt: alij quesiti, inter amicos latuerūt. Qui foris erāt principes, iam signa sua laxauerāt, de proximo irrupturi: sed ubi intel lexerūt consilium in urbe nudatum, flexere iter in ostia fluminis ad mare: ibiq; que inuenere diripientes, laxatis nauibus, & in portu demersis, por tum occludere, ne frustra uenerint, satagerūt: & eo pro uiribus intentato opere, abierūt. Ciues postero die exierūt magno agmine, flammis, ferro, sequentes in militares, quos agmini interfuisse sciebant: mansionibus eoru subuersis, abactisq; p̄dis. C A. XXII.

¶ Itoldus per hēc tempora, qui & Alexander, dux Letuaniæ, polli citus est Romanorū regi Sigismundo, si se regē declararet, centū

LIBRI XI. CA. XXII. ET XXIII.

expeditoꝝ millia, per annū integrū suis impensis, que in ea gente non magne sunt, in Bohemiam militaturos, mitteret. Rex cōditione comprobata, cū cuperet Bohemis frenū iniçere, misit archiep̄m Saltzburgēsem, cui adiunxerit Guntherū Magdeburgēsem, qui regis uice coronationē soleñi ritu implerent. Sed inuidit fortuna tātis successibus. Cum enim essent in itinere archiepiscopi, magna iam parte peracta, occurrit illis nūcius, Vitoldum iam emigrasse de mundo. Itac, infecta re, uertū iter retro. Interim Suitergail, cui⁹ exitū preoccupātes dixim⁹, frater regis Polonię, qui fratruelis esset defuncti Vitoldi, ducatū ei⁹, inuito rege fratre occupauit. Iam enim inter fratres diuturna erat similitas. Nam rex Polonię Bolislāus olim Jagail, fratrē Suitergail, captū diu tenuit in uinculis. Nunc ergo rex, armato in illū duxit exercitu: properas ejcere principatu Vitoldi, priusq; in illo cōfirmaretur. Suitergail aut, cum esset & ille impiger ad arma, occurrit fratri: & magno inito certamine, uaria diu sorte certatur. Vicit nouissime rex, & à fratre uicissimi captus, in uincula abducitur: passus, qd inferre cogitabat. Per quæ tempora, dñs Christianus Kobant, Martino pontifici iam diu cōmeritabilis, Osiliensis factus episcopus, ecclesiā suā uisitauit. Cernēs fratru de ordine Teutonicorꝝ molitionē: inde declinavit ad regē Danie Ericū: Cum haberet nōnulla eius negotia, apud sedē apostolicam promouēda. Questus est ecclesię suę pressurā ab ordine: orabat regem, ut absente se, ecclesiā suā dignaretur habere cōmēdatā, q; in mari & ad mare pro magna parte sit sita. Id ueritus Magister ordinis, diocesim illam ingressus, omnia eius presidia acccepit in deditonem: firmauitq; suis impositis militibus.

CA. XXIII.

Eruasit metus Bohemorū omnes Germaniæ prouincias, qn nihil erat inuiū tantę ferocitati. Vnde factū est, ut omnes ubiq; urbes, nouis se fossatis, & propugnaculis, cōmunirēt; ad resistendū uesanis, si forte accurvant. Erphordia, Iena in Turingia, Magdeburgum, Brunswicū, Luneburgū: inc; eam rem desumpsero uicinos in suburbis, hortos, & uineas, cuiuscūq; essent ditionis, monastice, ecclesiaſtice, aut iuris priuati. Inde Luneburgū, magnis cōpī sumptibus munitiones sibi cūducere. Vnde contractū est tam grande es alienū: quod postea conflabat diuturnā, & sumptuosam lītē, inter ecclesiaſticos, & opidū memora tum. Quo tēpore cum ageretur. XXXI. annus, Romanorꝝ rex Sigismundus, magnū agebat Nurenberge cōuētū principū, utriusq; ordinis. Conuenerat eo frequētes, archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones, & omnes pene regni principes: aut, qui adesse non poterant, emisere oratores. Misit eodē papa Martinus Julianū cardinalē. Crediderim tum Eugeniu in sede fuisse. Afferebat cardinalis diaconus plenissimas remissiones, in perfidos Bohemos. Conuenerat tum inter omnes, ut in proximā estatē generalis fieret expeditio in Hussitas: inc; eam rem cruciata p̄diciat. indulgētia. Confessores statuūtur cum omnibꝝ casibꝝ, etiā papę referuatis, ad omnes, qui se cruce signarent ad militiā, aut quēuis pro se mitterēt, aut de suis facultatibus cōtribuerent. Magno conatu res inchoata, non tam letos ha-

K iii

Moritur VI.
toldus.Bellū inter
fratres.Christianus
eps Osiliensis

Metus Boh.

Vrbes munif
untur.Cōuētū prin
cipū Imp̄.Indulgētia
in Hussitas.

LIBRI XI. CA. XXIII. ET XXIII.

LIBRI XI.

Buit exitus, q̄ alacria principia. Poterat aliquot fieri prelia, ad reprimēdos
Orphanos. Sed nihil magnū siebat, ad subigēdos, aut edomardos. Per
māsere enim in dura usq; modo teruice: nisi q̄ post hęc tempora, tam lon-
ginquas excursiones non feterat. Eodē tamē tempore, dum hic principū
cōuentus ageretur, egressi Orphani in Slesiā, omnia crudeliter subuertūt
obuiā preter urbes muratas. Duxere in Marchiā: opida ibi Landesberg,
& Strus berg, cōcepere, ex suo more, cuncta subuertētes, ecclesias cū mo-
nasterijs, nec ordini, nec sexui, nec etati deferētes. Sed principū expeditio
in eos flācescebat: cui^o hęc erat causa, q̄ rex Romanorū cōtenderet per ea
tempora in Italiā pro corona imperij. Papa autē obliuctari cōoperat, nouo
quod tūm solicitabat cōcilīo Basiliensi, ex decretis proximi: Iam tūm erat
inchoādū. Vnde factū est, ut summis principibus, alio respiciētibus, min⁹
procederet intentatū Bohōemis bellum. Hamburgēses tūm luctamen ha-
buere cum Thietmarsis, qui non equo ferebāt animo, turrim erectam ad
exitū Albis fluminis: quo portum de mari requirētes, in oculis signū ha-
bāt: Ipsi uero sunt arbitrati, libere suę in mare nauigationi restringendę,
esse extuctā: quocirca eam aliquādiū impugnauere: sequitacq; est, quod
in Saxohia diximus, ea satellitū in Thietmarsiā excursio: quorū tūm pre-
fectus erat, uir ē senatu Hamburgensi consularis, cestis cū plurimis in ea
terra: quod ibi explicuimtis.

CA. XXIII.

Andalice urbes, & si crebri^o dē pace apud Danorū regē facerent
mentionē, nec dum tamē finem habuit bellum. Sundēses & Ro-
stockēses, se iam ceteris subduxere: ceterę ducibus non defuere
ad finē: quare tūm ope, Flensborg oportunū eo bello opidū obsidetur, &
quod in Dānia diximus, diuturna obsidione, magno sumptu, demū fame
expugnatur. Aderat Phrisij, bonā in perficiēdis fossatis, nauātes ducibus
operam. A mari quidē perurgebāt urbici: a terra Hollati, cū auxiliari-
bus. Dudū tāmē ante capētū est opidum, q̄ mons ipse firmatus in arcē ue-
niret in potestatem. Habebat enim ualidū ad tuitionē militum presidiū,
& semel importati per negligētiā obsidentiū cōmeatus, diu frustraban-
tur obsidentes, donec continuata obsidione, fames perurgeret obſessos:
pacticq; uitam, uestes, & arma montē dediderūt: qui perinde ducibus pa-
rebat in finē. Quo tempore, cōciliū Basileę inchoatū, primā impēdit ope-
ram, si fieri posset: Bohōemos in unitatē reducere, que etiam res, institutā
in eos militarē expeditionē remoratur ne bello exasperati, magis auertan-
tur. Misit cōciliū solennes in Bohōmiā oratores, sacré theologie & decre-
tore magistros, qui cum presentibus agerēt per modestiā: ut inflectatā du-
ras eorū ceruices, ad ecclesiastice pacis unionē. Sed tamē mouit patres, nō
esse ex dignitate concilij, adire in suo regno pertinaces. Inde enim elatio-
res futuros, nec sīne periculo posse fieri missori putauere: Satuerūt mediū
in locū, ad Egrā urbem, eos euocare, quod ita factū est: Scribebāt depu-
tati, mittebātq; qui rem uerbis ageret: In unitate ecclesiastica, Christum
cōmorari: In dissensione, regnare diuisionis authorē: tunicā Christi incō-
fatiem, sine magno sacrilegio scindi non posse. Flexi sunt, ut fide publica,

Hussit. in
Slesiā & Mar-
chiam.

Rex Ro. in
Italiā.

Hāburgēn
in Thietmar-
sos.

Thietmarsi
electores.

Flensborg
obsidetur.

Deditur op-
idum.

Oratores cō-
ciliij ad Boh.

Egra Vrb.

LIBRI XI. CA. XXV. ET XXVI.

a principibus, quos nominauere, interposita eo mitterent Procopium capitanum, cum aliquot doctis artium magistris: nam alias facultatum doctores, nec habent, nec habere curant.

XXV.

Bi aderat Bohemii, modeste interpellati, sup unionem redintegrā da, cōmonent: ut Christiana māsuetudine cum illis agat, presente Christo, ad cuius honorē cōuenissent: & ut quietius res agat, scripto monent edere, quib⁹ ab ecclesia discrepet. Multa quidē alia edidere: sed quatuor capitū fuere pene omnia: De cōmuniōe sub utracq⁹ specie, quē primū posuere, cum ille nouissimus accesserit articulus: monēte quodam, non magni nominis uiro: Sed illum pretulere, qđ expressiorā, in eum cōfirmandū, euāgelij testimonia, se putarent inuenisse. Secūdus, de cumulatione ecclesiasticorē beneficiorē, quā omnino detestātur. Tertius de correctione subiectorē in prelatos, quā licitā ubiq⁹, & semper, esse uioluerunt Quartus de missione ad predicādum, quā facultatē, omnibus patere contendunt. Responsum est illis, summa māsuetudine, ostensumq⁹ abunde, quid in quaq⁹ re sentiret, & doceret ecclesia. Illis qđq⁹ replicātibus, per mēsem extracta est disputatio. Interim populares multi siebant sermones, fletēdis ceruicibus, qui aderant, laicorē. Sed illi inflexi permāsere. Cōuenit tamē inter utrosq⁹: ut interposita fide publica, ab duobus, qui aderat, marchionibus, Friderico de Brādenburgo, & Wilhelmo de Badē, urbibusq⁹ Nurēberga, & Egra: omnes hi fidem obstrinxerāt, ituros, & reddituros, secure Bohemos; habendosq⁹ pacifice, necq⁹ cōtumelijs in uerbo, aut nūtu, aut facto leuissimo afficiēdos: Si quid horū uiolaretur, memorati principes, omni iure, esse Bohemorē captiuos, urbes futuras in Bohemorū potestate. In has leges, cum oratorib⁹ concilij Basilicā proficiscuntur: honesto locātūr hospitio: suis sumptibus abūde omnia illis suppeditantur: Cōuenere cum illis frequēter ex concilio deputati doctores, qui omnib⁹ illorum obiectis satissacerēt ad liquidum, monerēt, obsecrarent. Cum presentes disputationi notarij, exciperēt omnia, Sepe ruborem retulere, nihil habentes, quod obijcerēt: Sepe uicti, manū tamē dare recusant: multis utes tergiuersationibus, & ad suos, qđ ubiq⁹ uincerēt referebant: Nec sum animi dubius, ita uisum pertinacibus qđ superarent: quia liquidē rationis lumen, non nisi humilibus solet prouenire. Igitur sine fine abeūtes, in sua securi redierūt.

CA. XXVI.

Ransibat eo tempore in Italiā Sigismundus rex coronam Imperij Romę sumpturus: simul ut moneret pontificem, concilio, suam, quā ante dederat, authoritatē p̄mittere: Sed tardū erat iter trāfuntis, qđ Veneta & Florentina cōmunitates, magno bello tūm agitarent ducē Mediolani. Auxerat Italorē potentiam, nostrorū Imperatorē, partim socordia, partim auaricia. Iam in eum modū excreuerāt, qui pridem erant capitanei, deinde tyrāni: ut nunc legitimī principes haberētar. Vnus iste Mediolani dux, quē proauus Sigismundi Henricus. VII. euexit, uidebaē, qui Imperio nostro faueret: idq⁹ non aliter, qđ ut Venetis, Florentinisq⁹, māiore opponeret potentiam. Sed non ita aduenerat Sigismundus cīnēt copijs

Capitaneus
HussitarumTractat⁹ cū
Hussicis.Hussitarū et
rores.Disputatur
per mēsem.Fit fides Hus
sitis de secu
ritate ad cō
ciliū.Hussites uas
dūt Basileā.Victi perstāt
in errorib⁹.Sigismundus
in Italiā.Magnū bel
lū in Italiā.

LIBRI XI. CA. XXVI. ET XXVII.

tit formidabilis esset, fidēs agminibus, quē ex cōstituto erat ex Philippo
duce accepturus. His promissionibus diu frustratus, multū temporis tri-
uit in itinere: expectans hoc, aut illud, qñ suis uiribus non sivebat. Duxit
ut cūq; Pisas, & ibi Florentinis colluctat: qui iam (si dijs placet) gloriātur
q; in conspectu Romanorū regis, suos adequitatem uiderent satellites. Nec
Eugenius papa festinabat, Imperatorē per Italiam deducere, q; Vénetus ipse
esset; nec eq̄uis cernere poterat oculis, Venetorū inimicū, etiā, si quod pete-
batur, pálā negare non auderet. Ad id iam peruenit Rō. Imperiū imbecil-
litatis: ut cum aquila, plumis penitusq; sit nudata, quas tenerit prīcipes ele-
ctores: aliena iridigū ope uideat: qd ab initio solebat laboratib; esse pre-
sidio. Hoc aut̄ est Karoli. IIII. testamētū, qui patrimoniū Imperij distra-
xit, dispersit, ut ignatiū post se filiū Wētzlaū, in Romanorū culmē euehe-
ret. Hec sunt Bohemorū in Imperiū magria beneficia. XXVII.

Sigismūdus
Pisas duxit.

Aquila plus
mis & pénis
caru.

Fit cōp̄atio
captiuorū.

Cōcordata
nationis la-
duntur.

Cataraetæ
coeli apertæ.

XL. villæ in
Turingia pe-
reunt.

Ricesimo secūdo demū anno post. MCCCC. Hamburgēsū in
Dania captiui laxātur, grē suo redēpti. Habebat ipsi quoq; Ham-
burgenses ex Danica militia tres captiuos, quoq; duos in eas cō-
dititiones, tertio retēto pro obſide, dimittēbat: ut facta cōp̄ensatione, Hen-
ricum Hoier proconsulē, cum cōcaptiuis ciuib; remitteret: alioqui in ca-
ptitiatē ipsi redirēt. Res diu protelattit: Demū in eam formitā peruenit:
ut qm̄ multi essent capti cities, & pauci uicissim militares: ciues dece milli-
bus, & militares sex redimerent; facta inuicē cōp̄ensatione. Per que tem-
pora, papa summis uiribus annit̄ cōciliū in Italiam reuocare. Formidabat
enim Germanos, q; ope ceterarum nationū Italicas uires præscinderet, &
aliquā Sūmū pōtificē, de puinciarū auro, ut Hussitē aiut̄, triumphatē, filiosq;
& nepotes glorificantē, ad maioremodestiā, Christiq; schola dignā reu-
tarent. Cōcordata inter sedē apostolicā, & Germanicā nationē olim inita
posthabent: Perijt uerecūdia de frontib; multore: & querimur Bohemos
ad ecclesiā nolle redire, quādo illis morib; uiuit, qui nō sunt exem-
plares. Interea Sigismūdus rex Romā perueniens, coronā accipit Imperij,
& quando aliud impreſentiarū non poterat cōmūnitatibus Italie recōcili-
atur, Venetis, ac Florentinis: procuratq; concilio Basiliensi accēdere, quā res
uocabat, apostolicā autoritatē. Quō tempore uise sunt cataraetæ coeli su-
pra Bohemiā adaperte: Tantū increuere de niuibus, dec̄ pluuijs flumi-
na: ut primum Albis in Bohemia excrescēs, multas cum hominibus uil-
las cōsumpsērit: Deinde in Misnia pontē Dresensem deuexerit: homines,
& iumēta perdiderit: Nec minus Sala intumuit, ad urbem Hallēsem, Mu-
ros ascendens, equauit, immo etiam superauit: ac dulces aquas salinæ mi-
scuit. In regione Turingorū, supra quadraginta uillæ perierunt: homines
& iumēta pariter inuoluūt. Senserunt & occidit palustres terre inun-
dātiām fluuiorū. Frequens malum habitantū ad aggeres fluuiorū. Vix
enim tanto firmari possunt robore, ut non pondere subsidat, rumpaturq;
imminentiū aquarū impetu. Ita cernimus interisse, nostris ad Albim fini-
bus, multas per utrāq; ripam terras, olim cultas, frugiseralq; nunc piscato-
ri tantum casellis infessas, uix tenues reliquias lōgissimāq; olim per ripas

terrae: Quid non edax cōsumit uetus tas.

CA. XXVIII.

Etuania magnis iam motib⁹ quassata tremiscit. Suitergail regis Poloniæ frater, iam ante, quod diximus, captū fratré, magno uixere redemptū laxauit: cum ante ipse integro septenio in uinculis eiusdē sui fratris perstisset. De ducatu autē Letuanie bellū illis erat, quē mortuo Vitoldo utriusq; fratre uile, Suitergail sibi uendicauit: Rex autem pro Sigismūdo Vitoldi paruulo filio cōtenderat iustiori cōsilio usus: impium dictiās legitimū heredem discludere: presertim, q; fratré suum Suitergail, uirum insolentem, minus expedire putabat, tantis preesse populis. Magnis utrinq; nisibus bellum paratur. Rex totis Poloniæ uiribus pro puerō cōtendit, cum haberet in illo principatu Letuanie, qui secum idem sentirent. Suitergail, cum se suis agminibus, tantis resistere exercitibus nō satis speraret, undicq; sibi auxilia deuocauit: ex Russis, Tartarisc⁹, & his, qui suę gentis, necdum erant Christiani. Cuncq; fratres domus Teutonic⁹ & si in foedere essent cum rege, male tamē affectos sciebat eidem regi, interpellauit eos super belli societate. Illi non cunctanter accessere. Iam par, etiam superior fratre rege, & aduersis partibus, putabāt. Eduxere inuicem sua in aciem agmina, magnis uirib⁹, parib⁹ animis, acerbo utrinq; odio, diu contēdit. Cadūt sine numero, ac nomine, plurimi: utpote inter collusum tantorū mortaliū. Cessit uictoria Suitergaili, fugato rege cum suis. Rex indigne ferēs, fratres Teutonicos, sibi, ut putabat, foederatos in aduersis castris militasse, renuncibat eorū foederibus, quē archiepiscopus Coloniensis, & dux Bauariæ compiegissent: Instituit hostiū loco habēdos in reliquū. Sed illi sisi notio foedere ducis, rem duxere leuiorē. Iam magnum Prussiq; parat bellū, rege Poloniæ hostilia nunciante. Auxilia undicq; perquisiere fratres memorati, & ad stipēdia uocabāt per omnē maritimā regiōnē satellites. Cōcurrunt ingēs multitudo: Magno utrinq; apparatu bellū instruit. Rex, Bohemorū Hussitarū etiā auxilia uocat, homines iā ubiq; formidatos, sequos, terribiles, &, ut fama erat, irrepressibiles, ubi sequitā intēderāt. Peruenire prēdātes usq; in Montē regiū. Occurrerūt quib⁹ poterāt uirib⁹ fratres Teutonici, sed leuib⁹ tātum prēlijs, nō totis acieb⁹, confli- gebāt. Sex erāt Bohemorū millia, qui tum etiā in Marchiā debacchantur. Opidū Soldin euertūt, & in eo cū ecclesia monasteriū fratru solo equāt. Ita singularibus odijs insectant religiosos. Sed Poloni interim in Prussia percurrētes, omnia igni & ferro foedauere. Fratres Teutonici, q; imparēs uiribus uiderent, campo se non crediderūt: sed custodiā arcū & urbium égerūt: quas firmo impositorū presidio militū cōmunierūt. Cupiebāt sepe obuiā īre hostib⁹ stipēdiarij, erūpentes, sed non sinebāt, q; detrimēta accipere potuissent, magna īnde cōmoda referre nullo modo possent. Sed cru- entū hoc Christianorū bellū, ab amicis interceptū, peruenit ad treugas: ne Bohemi liberi⁹ q; Christiano populo par esset grassati, majorib⁹ incōmodis afficerēt uicinā rem ubiq; Christianam.

Are, quod uocant alij Wandalicū, alij Germanicū, alij etiā Sue- uicū; nōnulli dixere Balticū, alij etiam Sarmaticū: mare nostrū,

Bellū in
fratres.

Auxiliaria
copiae.

Suitergail
uincit.

Bellū in
Prussia.

Hussite Sol-
din euertūt.

Fūte treugae

LIBRI XI. CA. XXVIII. ET XXX.

Broder⁹ Da
niæ classis
prefectus.

Broder⁹ tres
naues capit.

Broder⁹ sus
peratur & du
ci⁹ Lubicā.

Rex dedigna
tur audire
oratores.

Visurg⁹ nūc
Wesera.

infoestū tenuere Dani, nauigantibus, durante bello inter regem, ac duces de Sleswico, quib⁹ bello socię essent Wādalice urbes. Danis preerat Broderus Zuen, miles classi prefectus. Junxit se illi socium Ericus quidam ex Holsatia miles, nūc regi parēs: non cōtemnēdā manū & ille dicens. Obseruauere in mari mercatorę de Liuonia trāsitum, dec̄ Prussia, uel in eas prouincias nauigantiū. Quatuor non cōtemnēdē magnitudinis naues, mercibus onuste, preciosis, de Riga uenerāt, mutuo ut cōuenerat, auxilio future, ubi uis hostilis ingrueret. Inuadūtur ab hostibus, cesserūtq; maioribus circumfusę & inclusę uiribus. Tres cum his, qui inerant, mercatoribus capiunt: una delabitur; peruenitq; in columis in portū Lubicēsem. Opimā p̄dām Dani alacres partiūtūr: mercatores deputāt concaptiuis, ut suo se ere redimāt. Interim opibus aucti, alacriores redeūt in mare. Lubicenses aut & ipsi de rebus alijs cogitant: Naues Reualiā petere solitas, grādiores, perarmāt, impositis satellitibus, qui facile hostibus pares uiderentur: Adiungūt celeres ad cursum alias, & cunctis ex sententia compāratis, armatos stipēdiarios mercatoribus iungunt in naues onerarias: ceteras solis ad pugnā implent armatis. Procedunt in mare. Videl adnatīgare Ericus classēm, cui Dani, qui tum nauigarāt, pares non uidebāt: admonetq; expeditionis socios, ut tempori cedant: Brodero omnia leuipendente, Ericus retro cursum legit: Ad nauigāt ex Lubicensi classe, maiores prime naues, quas sinit Broderus preterlabi, postremas cōstituens inuaderet. Latuerūt armati: soli erant in trāstris naute: aggreditur capere: exiliūt armati, & cōserta pugna, facile superant, cui & numero & animis prestatāt. Insiliūt Barcam militis, captūtq; in uincula cōnciūt, ducentos quadraginta uiros, cum eo peruenisse tum ferūt in manus Lubicensiū. Onerarie suo proficiscuntur itinere: ceterę in Trauenam retro duxere. Fama uolat, captum cum cōmilitonib⁹ militē, qui nuper tres e Liuonia naues cōepisset. Tota obuiam ciuitas effunditur, hostē captum uidere percipiēs: Omnes uinculis alliganūt: sinūt turq; pro cuiuscq; fortuna, ere se suo relaxare. Miles diutius in uinculis manet, q; nauticus uir esset, qui laxatus, quieturus non uideretur. Tentata est eo anno iterum cōcordia, missis in Daniam ex Wādalicis quatuor urbibus, Lubica, Hamburgo, Luneburgo, Wismaria, in arcem Zuineborg, ad regem oratoribus. Sed frustra iactata uerba, faciē regis oratores non uiderūt: nec ille uerba eorū dignaūt audire. Mediatores transierāt inter utroscq;, qui, uel nolebāt, uel nō poterāt, rem pro dignitate cōponere. In aliū cōuentū sequētis anni res differtur. XXX.

Er ea tempora Siboldus Phrisius, & Emilo, ad fluuiū Amasim, fortalitia tenuerūt; in quibus p̄ebuerūt, ut ferebatur, pyratis receptacula: qui omni quaç digrassati, mercatoribus incōmoda multa intulerūt. Sēlere primi ea damna, Hamburgēles, cum Bremēsibus: qui de Albi & Visurgo, nūc Weserā uocant, mare innauigabāt. Cum finē uellent incursionū, ex memoratis urbibus, per fluuiū quisq; suum, expēdierunt armata nauigia: congressiūt in mari pyratis, multos ex his nauali p̄gleio perdiderūt; quadraginta ex his captos, Hamburgum protraxere,

LIBRI XI. CA. XXX. ET XXXI.

publico ibi iudicio damnatos gladioq; cęsos. Cępere interim in Phrisia capitanei, inter se ciuilī bello dissidere: cum ceteri, quorę euerse sunt arces inuideret Siboldo, Emiloni, & Vdoni Phrisiorę primoribus; nec fidebat populus capitaneis, qui arces teneret, bello par esse. Ergo memoratas ursbes, bello socias, populus Phrisiorę ascivit: ut ope mutua subuerteret, que ad receptacula starēt pyratarum arces. Hāburgēses, atq; Bremēses, quod diu cōcupiuere, iam oblatū ab incolis, suscipiūt: certi Phrisios nunq; melius q; ope Phrisiorę posse expugnari. Emissunt armatas cum apparatu op; pugnādi naues. Cōstituto tempore, ad arcem Siboldi oppugnandā, a marī uenerūt: Phrisiorę a terra equites peditesq; cōstitere. Siboldus, & Vdo capitanei iam antea rerum gnari, non se patiūtur obsideri: sed comparatis undecūq; auxilijs, obsidionē a terra soluere intētabant. Iam arx terra marīq; oppugnat, & pene capta est, cum audiūt oppugnātes Phrisij adesse Siboldum, & Vdonē, manu ualida. Parte igitur ad expugnationem iam pene capte arcis relicta, cum ex nauticis Phrisij trecētos accēpissent sagittarios, maiori copiā parte, Phrisij Phrisijs obuiā proficiscūtur. nec lōge ab opido Norda cōcurrūt, manusq; cōserunt. Itaq; paribus animis, uiri, busq; aliquandiū stabant acies obnixæ sed inclinauit fortuna Siboldi: ipsecq; & Vdo, cum primis suorę cęsi uictoriā hosti linquiūt. Capti aliquot ceteri fuga salutē quærūt. Interim arx expugnata, equatur solo. inde ductū est in arcem, quae Amasi adiaceret, unde nomē illi fuit Emeden. Emilio capitaneo, ubi audiuit exitum cōsortum, nec munitioni satis fideret, nec auxilia multa de foris speraret: in fidem se cōtulit Hāburgensium. Illi acceptū in suam ciuitatē perduxerūt, hospitaliter & benigne habitū: arcisq; imposuere suorę ualidā cum p̄fecto manū. Sed indignati Phrisij q; non illa arx ut ceterē dirueret. Ad hoc enim cōtenderant: ut omnes equo iure & uiueret & habitarent, nulla in omni ditione arce remanēt. Phrisij ergo, appetēt iam uere, duxere in Emeden, euersuri uiribus & armis. Sed qui inerant fotiter restitere: ausi etiā erūpere, supra cētum ex Phrisijs oppressere, his, qui ad oppugnādum uenerant. Eam aliq; diu tenuere arcem, Hamburgēses, ut incolume inde mare p̄starēt nauigantib;, magno suo impendio. Inde post aliquot annos, Vlrico cuidam ex Phrisijs primario, uiro castrēsi, fide permittūt: Vir hæreditate locuples erat: aliūde q; reb; abunde cumulatis, ab Friderico, III, Ro, Imperatore, p̄meruit dignitate comitali exornari: Cuius filij hodie comites sunt, uocanturq; Phrisij orientalis. Sed hęc dudū postea redeam? in ordinē tēporę.

XXXI.

Asimarus per hęc tēpora, dux Stetinēsis, princeps acerrim⁹: qui Stetinēsi urbi, arcem, quam ante non habebat imposuit, & subesse docuit populū, alias per opes & mercaturas insolescētē. Iam moritur⁹, uocat eius urbis procōsules, cōmendatq; eorę fidei liberos tuādos. Tum ex eis quidam, lingua prōptior, & principi familiarior: quomodo inquit, princeps illustris, filij uestris preesse iubemur, qui ipsi seruiter, ut cōstituistis, subesse cogimur: Arcē nullo cōmodo uestro, magno autē incommodo, nostro, urbi imposuistis, ex qua, magis ac magis, eiues

L. i

Bellū clusū
in Phrisia.

Phrisij ope
Phrisiorę ex
Pugnabiles

Siboldus &
Vdo casu.

Emilio capi-
taneo in Eme-
den.

Emeden op-
pugnatur.

Vlrico tradi-
tur Emdē &
fū comes.

Sagax per
sua for.

LIBRI XI. CA. XXXI. ET XXXII.

LIBRI X

**Demolitur
noua arx.**

**Dani induci
as rumpit.**

**Procōsules
Rostockcēn
i cōsilio agūt**

**Appellat a
cōcilio ad se
dem.**

**Studium lo
co cedit.**

**Contempt⁹
mādatorum
Imperialium.**

uestri, in tempore coangustati, migrabunt in loca liberiora: Non patitur mercatura eas militarium iniurias. Si ex hac urbe prēsidium futurum sit liberis uestris, in antiquam, oportet, libertatem reducatur. Suasit ac persuasit principi, ut iuberet nouam in urbe arcem, mox demoliri; permissa ciibus, quod literis testabatur, ueteri, qua semper sunt gauisi, libertate. Iam treuge erant in diuturno bello, quod inter Danorū regem, ac duces Sleswici, astipulātibus urbib⁹ Wādalicis, cum magno partium, ut fieri solet, detrimento: & tñ Dani, per inducias, nihil abstinuere assuetis predationibus. Questi sunt urbici per literas, nihilo seci⁹ agebatur. Semel enim magno turbine cōmotum mare, lōgo uix tēpore reddit ad trāquillitatē. Multa uiris ad arma cōsuetis, pmittēda sunt, ab inuitis principib⁹: multa fūt illos ignorātib⁹: cū interim sacramēto se rei purgare non formidant. Venabant & redibant incolumes Dani in urbē Lubicā. Noluere uiri boni, & si crebrius sui ciues per mare uexarētur, par pari referre: sed dissimulabant, interpretātes, quod res erat, multa inuitis, multa nesciētibus, fieri principibus. Itaqz lōganimiter prestolantur reparationem.

.XXXII.

Ostockio proscripti procōsules, causam suā in concilio Basiliensi prosequuti, delegatū acccepere, abbatem sancti Michaelis in Luneburgo uirū doctum, decretorū doctorē: apud quē causa de integrō uētilatur; & ex partiū productis, testificatisqz, iudex ille sententiam protulit iustificās exulantes, & e diuerso, cōdemnans nonū cōcilium cum cōmunitate: & censuris perurgebat, ut parerēt iudicato. Illi a sentētia appellariū sedem apostolicā: quā iudex appellationē reputauit frīuolā: iam s̄epius per cōciliū Cōstantiense declarato, q̄ papa subesset cōcilio, in spiritu sancto cōgregato. Itaqz reiecta appellatione, cēsuras prosequitur, & ad diuinorū interdictū, inde etiam post tempora contra participātes procedens. Paruerūt diuinorū rectores mādatis ecclesię, loco cedētes, ne ad inconcessa per tumultū urgerētur. Erant ex minore sacerdotū ordine, qui appellationi inherētes, diuina peregerunt. Doctores & magistri in nouo gymnasio, diu seruauere patiētiā, donec contra participātes ageretur. Cōminatur eis conciliū, nisi concedāt loco, adimēda illis priuilegia, quibus si in contemptu matris abutātur, ipso facto possent uideri amisisse. Ediuerso pollicetur nouū ciuitatis conciliū. Disimulēt, ut atū turqz patiētia: omne se pondus eius rei in se suscepuros: Sed tum, quod graui⁹ uidebatur, preponderabat. Cessere loco magno suo, & successorū incōmodo, peruenērat Gripeſwaldis; ibiqz aliquādiu se continuerūt. Interim Sigismud⁹ Romanorum Imperator, ut Rostockcēles iudicato parere perurgeret, bāno supposuit imperiali, nisi intra cōstitutum diem parerēt; permisitqz omnis generis mortalib⁹, ut personas & res cōtumaciū Rostockcēsiū, impune inuaderēt, caperēt, spoliarēt, detinerēt. Ciues aut̄ solo mari utētes, cum pacē ab rege Danorū haberēt, omnia parui fecere, quae Imperator cōminaret. Ipsa uero doctorū, magistroū, in eo loco fundata uniuersitas, irrecuperaibili iactura afficitur. Perdidit enim annua, quē apud senatū erāt collocta stipēdia; amisit ecclesia, quē principes cōtulerunt gubernacula, ut suis

usibus haberent prouetus. His enim omnibus renunciare, priusq; in eam urbem recipetur, cogebatur. Sed hec infra.

C A. XXXIII.

Octempore, qui fuit, XXXIII., post millequadrinētos annus,

h Bohœmiæ barones & proceres magna parte fideles catholici, alios quocq; ante deceptos ad sanam mētem redēgerūt; collectoq; agmine magno, qd Taborite & Orphani haec tenus heretici fecerit; ipsi armis cogere coeperūt hereticos; ut ad matrē ecclesiā remigrarēt; & ut a capite ordiātur, duxere Pragā. Intromissi aut in turbem ueterē, quā magna parte tenuere Teutonici uiri fideles, cum aliquāta parte Bohœmorum cohabitantiū: primo mane, qui fuit dies Dominice Ascensionis, nouā ciuitatē, que tota hereticis redundabat, inuadunt, nihil tum formidātem. Sed ubi persensere heretici quid ageretur, obseruatis suis portis, ad defensionē cōstiterūt: oppugnatur ab urbe ueteri porta nouę ciuitatis & cōuellitur; magno impetu fideles incurrūt hereticis, ut illi solebāt; sequunt sine discrimināne in omnē ordinē, etatē, & sexum: nec illi segnitet se tuentur. Victores & ipsi cadūt. Ferūt eo die, ad duo & uiginti millia hereticorum cōcidisse: magna ibi preda, per multos annos, ex uicinis prouincijs & urbib; cōuecta fuit: Ibi, quicquid Taborite, & Orphani, ex captis, direptisq; urbib; preiosum inuenere cumulatū, reperiūt. Eā uictoriā uiri fideles deo inscripse re, non suis, ut par erat, uirib;. Inde uero, cōtinuato uictorię cursu, mouētes ad alia hereticorum presidia duxerunt. Arx erat itinere medio, Rasin dixerūt. Eam oportuno loco sitam, rebus catholicorum multū profuturā rati, oppugnauere. Eius arcis domin⁹ aberat cum cōsortibus hereticis in expeditione militari; breuicq; uenit in manus catholicorum. Eam improbis, quos neceauere, purgatam, suis attribuūt fidelibus asseruādam. Inde ad urbem Broda, parētem hereticis duxerunt, instituta oppugnatione. Ciues, quid ageretur non ignari, pollicētur se mox in ecclesiā obedītiā reddituros, & redeūt parum accipiētes incōmodi. Deinde ad eam, quæ Colonia dicitur contēdūt: nec ibi plurimū difficultatis experti, in gratiā receperere ciues: si dem faciētes, se in reliquū orthodoxe fidei parituros. Audiere Orphani, & Taborite heretici (his enim nominibus ipsi se nomiuarūt) quid de suis ageretur: Succurrēdum rati, obsidionē urbis Pilsensis, quā anno integro cōtinuarunt, relinquūt: obuiā ituri Bohœmi Boheemis, omnē in currib; bellicū secum duxere apparatū, & inter urbes memoratas, Brodā & Coloniā, imuicē occurrūt. Hereticis accessere sui, qui sparsi per prouincias, primū omnia subuerterūt. Magno utrincq; apparatu, singulari diligētia, prēlium instruitur: Cōserunt manus, & aeriter imuicem preliates monstrauerūt orthodoxi, non posse Bohœmos nisi a Bohœmis uinci. Itaq; immanissimū illum exēcūtū hereticorum, catholici profligant, cedūt, opprimūt: infinitam stragē facientes. Pauci per fugam elabūtūt. Cruento late cāpo cernit, quid actum sit. Incredibile memoratu, que ubiq; letitiā inter fides catholicos de uictoria: quæ laudes & hymni in dei gloriā, ubiq; cōciūt. Venisse nūc tēpus miserādi: respicere ab excelsō nūc deū, qui hactenus despexerit peccatores: quāte pior⁹ eleemosynę, quot dulces lachrymę

Fideles Bohœmi in Hussitas;

Fideles Bohœmi in Pragam.

Seu Jane in Hussitas.

XXII. millia Hussitarum cadunt.

Arx Rasin expugnata.

Broda urbe dedit se.

Hussites obſi- dionē soluūt

Hussite uita cunctur.

Signa letitis

per ora uolute, sancta testatur gaudia: Hereticorum urbes plurime, sua spōte se dedunt fidelibus: Abiecta erroris nube, rediſſe testatur dei, fideicō, clarissimā, ac optatissimam lucem. Pro magnitudine continuati meroris, erat mensura letitiae. C A. XXXIII.

Cōuent⁹ de
Hāſa Lub⁹
cōſ.

Magdebur,
gen. interdicti

Oratores Hā
ſe ad magi
ſtrū Prussiæ

Oratores Hā
ſe in Daniā.

Oratores Lu
bicā redeūt.

Vbicē per id tempus, solēnem cōuentum agebant, omniū de cō-
munione Hanse Teutonice mercatores, urbiūq; & senatuū, in eis
oratores, tractātes de multis p̄cūdicijs mercatorū, dec̄p infracti
onib⁹ immunitatū, quas ab olim prīncipes cum inuitarēt mercatores, con-
culissent eisdē: Simul etiā cōsultantes, de diuturno in Daniā bello: quod
iādiu nulla poterat cōpositione terminari: cum rex aduersum duces Sles-
wici, & armoriū potentia, & reportata apud Romanorū regem sententia,
uim obtenderēt, in speciem iusticie sue. Duces aut̄, quibus ciuitates quatuor
deesse nolebāt, feudi successionē obtenderāt, omni legitimo iure cōpro-
batā. In eo tum cōetu aderāt, Magdeburgēſes, ecclesiastico, ob pulsum ar-
chiepiscopū, interdicto suppositi: propter quorū p̄fentiā, toto mense Lu-
bicē diuinorū facta est intermissio. Placuit tum cōmuni cōsilio, legationē
solēnē facere in Prussiam: ut interpelletur magister ordinis Teutonicorū
sublimis, ad habēdam intelligentiā cum urbibus memorattis: cēseretur
protector earū ad iusticiā, q̄ in diuersis locis mercatores eorū, premerētur
ab iure & iusticia sua. Missi sunt Coloniēſis, Lubicēſis, Hāburgēſis Gdā-
nensis, procōſules, solenni comitatu: exceptiq; magnifice, audiuntur: Pla-
cide illis ad omnia respondetur. Non recusauit magister tātē cōmunionis
iustam defensionē excipere, gauſus honore delato: foedera ineunt, ad cer-
tam formulā: que, literis inuicē datis, roborarētur. Placuitq; ut idē subli-
mis magister, principibus, in quo rū finibus sint emporia, super his, que iu-
stis querelis mercatores deferebāt, scriberet, mitteretq; ubi opus esset, ora-
tores: Idq; mox de literis tentatum. Cum decernerētur ad reges Anglię,
Danięq; ducem Burgūdię, aliac̄ in loca oportuna, urbib⁹, & cōmunita-
tibus, hisq; cōſtitutis ex sentētia, domū regressi sunt oratores. Interea alij
ex eodem cōetu oratores, missi sunt ex cōſtituto in Daniā: in arcem Wer-
dinborg, Lubicē, Hāburgi, Luneburgi, & Wismarię procōſules, secū ho-
noris gratia ducētes, duos pōtifices, Verdēsem & Raceburgensem. Rex
aut̄ iam aduocauerat ex amicis principibus, Bauarie, Pomeranie, Stetinē
sem, Magnopolēsem, Saxonie duces: Hildēsemensem, ac de suis Lundē-
sem, Roschildeſem, Aboēſem, Ripensemq; pōtifices. Cunc̄ diu, multūq;
inuicē cōtulissent sermonē, nihil uenit in mediū, in quo utrisc̄ partib⁹ cō-
placeret: In eū tum modū discessum est: ut cōcœpta regiē dignitatis, ma-
iorib⁹ quisq; suis, referret: certificaturis deinde regem, quid ex his cōpla-
ceret. Idq; per literas. Redēutes ergo Lubicā, ex Dania, ac Prussia orato-
res, referebāt cōetu, quid cuiq; in sua legatione cōtigisset, quidue sit pa-
ctum. Placuit ex hoc numero deputare, qui anno proximo, in singulis
emporij ciuitatum sint futuri oratores, quidue per singula sit cōſtituen-
dum: In Angliā, Flādriam, Norwagiā, & Nouuardiā. Quib⁹ iam pro
tempore resolutis, in sua quisq; abierunt. C A. XXXV.

b Olislaus rex Poloniæ, qui cum prima, ut dixim⁹, cōiuge, filia Lu-
douici regis Vngariæ, cui etiā Polonia tum parebat, regnū Polo-
niæ in dotē baptisatus acccepit: uir octuagenarius, per hoc tēpus
emigravit: relicta duob⁹ impuberib⁹ filijs, ex secūda cōiuge. Ex filijs ma-
ior, duodēnis, in regnū patris surrogat, Polonor⁹ rex futur⁹. Hic est Ca-
simir⁹, regū, qui hodie reb⁹ per Vngariā, Bohœmiā, Poloniā, Letuaniāq⁹
potiunt, parēs. Mira fortune iactatio: immo Dei omnipotētis, gubernā-
tisq⁹ uniuersa, per quē reges regnāt, occulta dispēsatio. Ex Letuanor⁹ ges-
nere rex ortus, linquit heredes Poloniæ: cuius nepotes nūc, ut dixim⁹, Vn-
gariæ, Bohœmiæ, Poloniæ, Letuaniæ, magnis regnis, dominant. Alter fili⁹
orū Bolislai erat Ladislaus: is, qui regnū Vngariæ Alberto defuncto, sibi
uendicauit: relicta Alberti, quę fuit filia Sigismundi, uxore petita: Sed quo
minus assequeret, properat⁹ exitus erat in causa: cum pugnans ad Turcos,
qd dicem⁹, opprimere⁹. Sigismundus uero iam Romanor⁹ Imperator, con-
uentū solennē agebat principū utriusc⁹ ordinis in Fräckfordia; super mul-
tis in Romanor⁹ Imperio fluētibus, sine ordine: ut reformationi aliquā in-
tenderet. Constituit enim summę prudētię uir industrius, iam quo matu-
rus, a suo ordiri gradu, hoc est, a culmine: ut omnia cōponēs, ceteris iustio-
ri causa immineret. Ergo primū de Imperiali fastigio iubebat attēdere: ut
a capite eda⁹ ratio, quid ad Imperatore pertineret: quę uigilātia, quę instā-
tia, quę singulor⁹ in suis iuribus defensio: tum uicissim, quid a suis debeat
Imperatori, quę obsequia, quę obediētia, quę subiectio: Tum de Imperij
iurib⁹, ut illa aliquā in eis locis recuperent: De Imperij ieruis, de tiectigali-
bus, sine quibus ne inferior quidem principatus posset cōsistere. Sed hæc
omnia admonere petiuit: Cæterū quib⁹ cogeret renitētes, & iussioni non
parētes: Illi tenuere, quibus hęc ipsa imperaret. Quis enim leonibus, ursis,
& lupis (ut ille in figura mōstrabat) extorquebit aquile primarias pēnas?
Cōmonuit præterea quēc⁹ sui ordinis, ut regni principes iusticiā foueret:
itinera publica secura præstarent: latrones insectarent. Comites, barones,
milites, unūquēc⁹ pro suo gradu, iussit esse cōmonitū: & usq⁹ ad defenso-
res ciuitatū, municipior⁹, & opidor⁹, officia distribuit: Satis qdē intelligēs
per prudētiā princeps, quib⁹ esset opus: si modo adessent, quib⁹ illa ab no-
lentibus, & inuitis extorqueret. Sed qm̄ necq⁹ principes electores, necq⁹ alijs
proceres regni, satis cumulate aderāt, iussit rem omnē in disquisitionē secū-
quēc⁹ ponere: & in proximā diui Georgij diē in eundē redire locū: ut in-
terea, qui abessent, cōmoniti, ad eundē conuentū prodeant. Sic agitur in-
ter Germanos: ut coetus semp⁹ ex coetu oriatur: quasi foē⁹ ex matre. Sed
tantundē alio conuentu, princeps oculatissimus futurū preuidebat: nolu-
it tamen cōmittere, ut sua uice, in regui administratione, quicq⁹ omissum
uel putaretur, uel diceretur.

CA. XXXVI.

a Nnus erat a Christo nato. XXXV. post millequadringtonos,
cum urbes Wādalice, diuturni bellī, cui se implicuerūt, inter Da-
nię regem, & duces Sleswici, finē cernerent; & cooperarentur, ut
fieret omniū rerū compositio. Nauigabant ducū, & memorataꝝ urbium

Bolislauſ rex
objt.Casimir⁹ fili
us succedit.Cōuenit⁹ in
Fräckfordia.Sup quibus
tractabatur.Latrones in
sectandi.Indicitur no-
uus cōuenit⁹.Tēpus finis
belli diutue-
ni.

LIBRI XI. CA⁴ XXXIII. ET XXXV.

LIBRI XI.

oratores in Daniam: cōstituto illis ab rege loco in Werdingborg: In eo deferentes honorī regio, q̄ illū in regno suo adirent. Tractatū est diu sine fine: Daniē procerib⁹ semper in id cōtendētibus, ut ius quesitū regi, apud regē Romanor̄ in duces, procederet: illicz cederēt ducatui: Tum ut uecti galia rex pro suo arbitratu uel tolleret, uel augeret. Sed dum multi dies in eo sine fructu cōsumunt̄, nec aliud posset persentiri, nisi q̄ dies ex die tēde ref̄, & inutilis mora necteret: testati ducū & urbiū oratores sepe diuq̄ re gem sequitos in Daniā: multū eius semper honori delatū: qñ irrisum iri uenisse uideant̄, curatuos, ut irrideri & diutri⁹ cōtemni non possint. Iam abitū parabant, expectātibus Danis, ut illi denuo ad tractandū, quereret occasionē: nec tñ aliud cernere, q̄ de proximo abituros. Danoru processores iamdudū bellor̄ pertēsi, regē adorūnt̄: Tempus esse aliquā de pace cogitādi, & ex animi sentētia agēdi: multos suor̄ esse prēlijs cōsumptos, euā statas insulas suū quenq̄ priuatim sentire incōmodū: regem imprimis de omnibus curant̄, onus uel maxime sentire: Orare, ut sibi suisq̄ consulat, ad tempor̄ tranquillitatē. Permittit rex, ut arbitratu suo, proceres de pace cōstituant. Tum omissis ambagib⁹, redit̄ ad cōpendia: Iuri, qđ apud regē Romanor̄ quesierit, non incumbit. Sinit rem, in quo est statu, uecti galia uetera ab mercatorib⁹ urbiū in regno pendēda: Regnicolas in urbib⁹, nullis grauādos nouitatibus: Suis ab antiquo immunitatib⁹ quēq̄ gauisurū. In eum tum modū rebus compositis, lāti oratores in sua reuertunt̄: portātes pacē in patriā. Properabat hāc cōcordiā tumult⁹, exort⁹ in Suecia: Timuere Dani, ne forte cinitates Suecis cōiūcte, grauiores incūberēt regno Danor̄: quocirca finē fecere bello diuturno. XXXV.

Eutonicorū fratrū per Liuoniā tūc magisteriū administrabat
 tūr prēcipiūs, N. de Keisebrock: qui se immiscuit bello fratre
 lium, de ducatu Letuaniae contendentiū. Suitergail frater regis
 quondā Polonię, pellere paterna successione cōnniūsus Sigismundū, Vito
 di ducis filium: inc̄p̄ eam rem multis laboribus cōtendit: Iam se fratribus
 memoratis per Liuoniā cōiunxit, fœdera cum illis sanciēs. Probabat eam
 rem sublimis Prussiæ, eiusdē ordinis Magister, auxilio ei demittēs in bel
 lum multos ex fratribus. Venere ad famam tanti belli multi militares, fra
 trum cognati: cūq̄ illis noui ex Westphalia, Gelriaq̄ fratres, qui sacrā ue
 stem in patria suscepissent: primitias belli miseras assequuti. Ex omni Li
 uonia Magister fratres armabat sexcentos: dec̄p̄ ciuitatibus acccepit auxi
 lia; Estones, Liuoues, Lettos, & omnē peditatū expediuit cum militari⁹
 terre sue, & omni exterior⁹ auxilio. Sigismundus quoq̄ non minori appa
 ratu bellū instruxit: Polonos, Massagethas, Prussos, & magnā Letuanie
 partē in arma dicens. Suitergail ipse belli caput, suis Letuanis coniunxit
 Russos: ipsum Nouuardię regē Georgiū, & ex paganis non paucos du
 ctabat. Constituere locū dux, & Magister Liuonię, in quo copias cōiun
 geret. Vbi cōuenere, Magister se non ante castra moturū dixit, nisi prius
 dux ipse Rigenib⁹, Magistro aduersantibus, hostilia nuncians, pacē in
 terdiceret. Fecit dux quod Magister uoluit. Remisit autē Magister seni-

Defertur ho
norī regio.

Oratores se
irridēti pu
tant.

Dani bellor̄
pertēsi.

Rex ānuit p
ceribus ut fi
at pax.

Finis bellii.

Cōtentio de
ducatu Let
uaniae.

Gentes quae
militarunt
uitrīnq̄.

Georgius
Nouuardię
rex.

LIBRI XI. CA. XXXV. ET XXXVI.

orem cōmendatore, triginta iunctis illi equitibus, qui ordinis interim arces tuerent a Rigēibus; quos per absentiā suā, iam hostilibus denūciatis, praeuiderat non quieturos. Duxere malo omniē in hosticā terram: Sigismundus nemorosa tenuit loca; passus hostem preter castra ducere. Illi uastationibus de more institerunt. Iam ante curauerat Sigismundus dux, ut uada, & exitus omnes, impediti, & obserati hostibus essent: quo cōstituto, sequutus est ustantes omnia late: Iam etiā deiectis per nemora arboribus, prouiderat Sigismundus ut nusq̄ hostibus fuga esset. Venere agmina sub aspectum mutuū: & iam primo mane preliū inuenit, non statarium, ut solebat ueteres Romani, cum uir uirū legeret, sed barbarico incursu, & recursu. Prima quidē initia belli satis prospera fuere fratrib⁹, & duci Suitergaili; sed ingrauescēte pugna, uertit fortuna: Cadit Magister cum universis fratribus, & omni suore numero, circūuentus ab hostibus; Suitergail uix cum paucis elabit in arcem, ubi tñ breui obsessus, ad extrema est perductus. Nec tñ hostib⁹ incrūta fuit uictoria: nam de parte Sigismundi cecidit dux ipse Masouiae, cum Prussis: Rex quoq; Nouuardiae cum Russis, de parte Suitergail, occubuit. Ferunt peracto prēlio, uiginti millia iumentorū in manus uenisse uictoris: non de agris, sed ad arma natis iumentis. Magister fratribus sublimis in Prussia, ubi lugubre nunciū de interitu Magistri de Liuonia, & fratrū accēpit, ne quid ea, puincia acciperet detrimenti, creatum ex fratribus a se Magistrum, cum ducentis misit in Liuoniā fratribus, ne deserta uideretur terra: Sed qui superfuere ex Liuonia fratres, non passi suo iure fraudari, marshallum terræ, magistrum elegerunt: eumq; multis præcibus, & munieribus a sublimi Magistro confirmatum accēperunt.

CA. XXXVI.

Oloniā per ea tēpora, q̄ sub rege puero ageret, & Vngariā, q̄ ei⁹ rex lōge abesset, implicit⁹ negocīs Romani Imperij, & Basiliensis concilij, q̄ tum cum Eugenio pontifice de potestate luctaretur, Turci transgressi constitutos limites, infestauere. Imperator autē in Vngariam, q̄ ipse adesse non posset, pro se misit generū suū, Albertū Austric⁹ ducē, cum expeditis copijs, quas augeret in Vngaria. Progressus ille magnō in hostes animo, magnoc⁹ agmine: sed tñ numero, & uirib⁹ par esse non potuit: qui aliquot centenis millibus solent in campum prodire. Aggressus autē preliū, gregarij militis, peditūq; uirtute, satis feliciter in hostes pugnans, multisq; millibus stratis, equites Turci subiere. Iam milites Christiani pene erant in pedites Turcos defatigati, cum equitatus adueniret, recentibus uiribus: Pugnatum est tñ in eos fortiter: sed facile fuit & numero, & uiribus minores superare. Itaq; signa militaria ducis Christiani uenere sub pēdes. Iam ad cēdē, & fugam, Christianorū omnia uidebātur spectare: Tum uir unus, quod incredibile dictu sit, prælium restituit. Erat ex peditibus Christianis uir procerus corpore, & animo, pariter uiris inuictus: is securim ita distrinxit in obuios Turcos, ut deſceret sine numero plures: uiamq; fecit sequentibusse, Vngaris, ut signa iam cōculata, denuo recepta, surrigerent; recrearentq; animos militis Christiani.

Dicitur in hostem.

Fit prælium nō statarium.

Mag⁹ Liuonie cum suis cadit.

Ex aduerso rex & dux cadunt.

Marscall⁹ elligit in Magistrum.

Turci in Poloniā & Vngariam.

Victi siue uictores & eccl̄ia.

Vir vn⁹ præliū restituit.

LIBRI XI. CA. XXXVI. ET XXXVII.

Itaq; uelut missō cœlitus præsidio, redeunt in hostes: & uictoriā, quæ iam pene hostium erat, extorquēt de manibus: magnacq; cede peracta, hostes in fugam uertūt. Cesa sunt eo die octo & decē Turcorū millia: cum Christiani etiā magnam suorū partem desyderarent. Celebris uulgatur fama uiri fortissimi: qui cruentissima cede in hostes peracta, uiam fecit recuperandis signis: Et ad Sigismundū perlata, cum omniū conformi testimoniū fulciretur, euocatum hominē, auratum militē fecit: datis illi prædījs & possessionibus ad eum modū, ut honorem illum pro dignitate tueretur: res & principe, & milite digna fortissimo. XXXVII.

Cesa. XVIII.
millia Turco
rum.

Muneratur
athleta.

Vocati ad
epulas i ma
re & turbant̄

Querela in
Anglicos &
Flandrēses.

Homicidii.

Occisio per
cumultum.

Slusa icōmo
disafficitur.

Er id tempus erat Prussis, & Liuonie mercatoribus iusta in Anglos querimonia, & Flandrenses: quorū Angli pridē nauigatio in Liuoniā instituta, cum in mari, quod Rigense uocat, profundum, tranquillo serenoq; aere fruerentur sine uentis, obuiosq; uideret de Liuonia mercatores onustis nauibus occiduas petere partes, amica salutatione de naui, iubent proprius assistere: inuitātq; per maris quietē stantes ad anchorā, suas in naues, ad epulas. Nihil illi ueriti fraudis, q; omnia essent pācata ad illos: descendere in eorū naues. Illi boni uiri, acceptos, nihil morati, in mare proturbant: captiscq; cum onere nauibus, in Angliā redeūt. Atrocissimē fraudis, dolosissimē technē. Prussos quoq; h̄dem Angli non bene habuere: q; tum crebris in Frāciam nauigationib; Angli, diuturnū hellū continuarūt: obuiosq; in mari mercatores, una interceperere. His de rebus, atq; de nōnullis alijs, de uiolatione ueterum in regno immunitatū, querela erat orientalibus urbibus, in Anglos, atq; Flandrēses. Misere oratores Calisiam, ad Anglos (opidum est in latere Flandriæ, qd iamduū Angli tenuerūt) peruentūq; eo fuit, ut rex Hēricus literas daret, de aliquātis millib; Nabulorū exoluēdis: que etiā literę nūc extāt: q; neqdū pecunia est exoluta. Cum uero apud Flandrēses in opido Bruggis agerent oratores urbium oriētaliū, lugubre facinus in opido Slula, ad maris ostia patrabatur. Rixati inuicem, alter ex orientalibus, ex Flandrēsibus alter, ad uerbera peruererūt: occidit orientalis Fladrēsem: mox a ciuib; ad arma, conclā natur: Quousq; inquiunt, detestabile hominū genus orientaliū ferimus, uno omnes excidio perdendos: mox armis corseptis, occidunt omne obuiū ex mercatoribus, nautiscq; nostræ nationis. Alij quadraginta numero, alij supra cētum ferunt perīsse orientaliū: cum nonnulli per fugam elapsi, nauibus suis inuecti, seruarentur: Eam rem indignissime, ut debuerant, tulere orientaliū oratores: questi concilio publico Bruggensi, q; in eorū quarta de Flandria Slusenses, sortirentur: Non minus & illi doluerūt atrocē nationis iniuriam. Sed princeps super atrocissimo facinore erat interpellandus; qui magno Franciē bello implicitus, cum minus attenderet nauticorū hominū rīxā: sciensq; q; Bruggēses maligno essent in Slusenses animo, dissimulauit. Bruggēses uero, & oriētaliū iniurie, & proprię indignationi seruētes, eduxere in ostiēles suos Slusenses, & magno illos affecere incōmodo: Cōsulares opidi, q; iusticiā nō fecerint, proscriptere: reos atrocib; supplicijs perdiderūt. XXXVIII.

LIBRI X
Tempore Math
Hannopolēis, de
mōduuit, & ue
remixit: Inde
nūc rem qu
mōtū militares n
aduētū adi
mōrū singula
mōrū, &
mōrū miles eccl
mōrū nec laxan
mōrū ecclēsī Lub
mōrū mōrū, Il
mōrū mōrū, Lube
mōrū mōrū, Sic
mōrū deliberas, u
mōrū Mōrū, si q
mōrū mōrū, miles
mōrū mōrū, Berol
mōrū mōrū, consti
mōrū mōrū, ad locum in
mōrū mōrū, ut semper p
mōrū mōrū, alij p
mōrū mōrū, Rabe
mōrū mōrū, gūmū inter
mōrū mōrū, mōrū rem
mōrū mōrū, mōrū rāpiens. Sede
mōrū mōrū, mōrū pane pascit
mōrū mōrū, mōrū rācta, di
mōrū mōrū, Si quid ultra
mōrū mōrū, mōrū nouer
mōrū mōrū, mōrū laxare, p
mōrū mōrū, mōrū cōpates in cō
mōrū mōrū, mōrū atrociatē
mōrū mōrū, mōrū & nūc
mōrū mōrū, mōrū miles, & ip
mōrū mōrū, mōrū spalkn, satif
mōrū mōrū, mōrū lāxare, Ext
mōrū mōrū, mōrū rōbōn, quib
mōrū mōrū, mōrū rāctū, in c
mōrū mōrū, mōrū anno per
mōrū mōrū, mōrū mōrū, mōrū mōrū
mōrū mōrū, mōrū mōrū, mōrū mōrū

LIBRI XI. CA. XXXVIII.

O tempore Mathias Axkow miles, pro paruulis curator terræ
 e Magnopolesis, de predijs ecclesie Lubicensis, duos ecclesie colo-
 nos abduxit, & uelut suos obediētiarios, carcere maceratos, omni-
 pene facultate emūxit: Indoluere canonici, iniuriam, & apud terre domis
 nam, literis & nūcīs rem querebātur: Minus audiebātur, q̄ factum admī-
 nistratoris, inter militares non improbaretur. Volebat idem miles, uel ex-
 tuoto, uel ex deuotione adire locum in mōtanis Zuitensiū, ad sanctū uo-
 cāt Theobaldū: ubi singularis etiā colitur, memoria Dei genitricis, Per-
 transiuit ille peregrinat⁹ Basileā ubi iādiu cōcilium agebatur. Aderat do-
 min⁹ Iohānes episcopus, & dñs Nicola⁹ Sachow, decan⁹ Lubicēsis: non
 ignorauere, quid miles ecclesie suę irrogasset: Effecere, ut captus in Ryn-
 felde carceraretur, nec laxaretur, prius q̄ se sacramento constringeret, infra
 certū terminū ecclesie Lubicēsi satissimacere: quo non impleto rediret in lo-
 cum ab illis cōstituēdum. Ibat uotū persoluere, redibat. Cōpositionē ins-
 tentauit: nec processit. Iubetur captiuū loco Luneburgū introire: nec nisi
 eorum abire uolūtate. Sic enim se iuramēto cōstrinxit. Cogitabat inten-
 tim cum amicis deliberās, ut militari more, capt⁹, alio captiuo cōpēfatus,
 laxaretur. Obseruauere, si quē ex canonicis alterna uice caperent, cui⁹ re-
 demptione cōpensata, miles laxaretur. Erat eiusdem ecclesie preposito, ui-
 ro precipuo, domino Bertoldo diuīti (sic enim cognominat⁹ est) nōnihil
 in Holsatia negotijs: cōstituerat quibusdā militarib⁹ de Bockwolde, in dī
 em Magdalene, ad locum in Holsatia prefinitū, occurrere: Id resciuerant
 Magnopoleſes, ut semper par parē fouet, ac prouehit: Exibāt duob⁹ itine-
 ribus, intercipere uirū: alij per urbem Lubicēsem nemine quicq̄ tale suspi-
 cante: alij per opidū Raceburg: & obseruato egressi prepositi itinere, non
 lōge a Swartow, primi intercipiūt uirū: & trāsuadato infra urbem flumi-
 ne Trauena: ut habuere rem paratā, captū deduxere in arcem Zuaen, tur-
 ri, carcere mācipantes. Sederat uir grādæu⁹ in humido loco ultra mēsem
 insuetus cibario pane pascitur: inclusō aere, & accessere incōmoda uincu-
 lōr⁹. Itaq̄ febre cōtracta, diem suū obīt: uix quinq̄ septimanis a die cap-
 tionis expletis. Si quid ultra ea sit adiectū incōmodi, ut mors aproponeret,
 ipsi qui cōtractauere nouerint. Facile tñ cōiectura quisq̄ assequitur, si nō
 aliud, q̄ ut miles laxaret, p̄tēderant, opus fuisse illis magis uiuo, q̄ mor-
 tuo. Audierāt patres in cōilio manētes, quid de suo preposito esset actū:
 p̄ficerūt ob facti atrocitatē, per oēm terrā sacrī interdici. Ea res p̄fecit: ut
 & de prima iniuria, & nūc adaucta p̄ capturā & mortē prepositi, cū sacra
 mēta exhiberet miles, & ipsa terra dñs, q̄ necq̄ cōsilio, necq̄ iussu, necq̄ ra-
 tificatiōe rē phassent, satisfactione impleta, & sacra terre redderent, & mi-
 les captiuitate laxaret. Extat capella ad orientē in maiori ecclesia, in qua,
 institutis sacerdotib⁹, quib⁹ stipēdia, puiderent, ut Marię laudes inibi pē-
 nēt, in memorī defūcti, in captiuitate prepositi exēdificata. • XXXIX.

h Oc uero anno per autumnū, rāte fuerūt tēpestates, quibus nulla
 hominū memoria, similes unq̄ uidisset: Deiecta per nemora in-
 gentia arborū robora; Intumuere cūcta flumina; Rupti sunt ag-

Mathias Ax
kow.Eps & decan
nus Lubice
in cōcilio.Euasio exco
gicatur.Capitur pre
posit⁹ Lub
ice & carce
rat⁹ obit.Interdīcūt
apponunt.Marię laudes
perennes.

geres: Infinita hominū iumentorumq; multitudo, intercopta perīt: Ad al
bim, Visurgū, Renū, deinde cecidere niues profundissime: ut per aliquot
dies inuia essent itinera. Sequutū gelu incomptū: ut multi per itinera pe
rierint uiatores, durauitq; in mediā quadragesimā. Quo tempore, nouissi
mus Wandaliē princeps Wilhelm⁹, clausit diem extremū, sola post se filia
relicta. Peruenit ille principat⁹ ad duces Magnopolenses & Stargardie,
non tam successione hereditaria, q; placito inter se principū: accedēte pro
culdubio Imperiali confirmatione, ac placito: de cui⁹ prejudicio agi uide
batur in euacuatione feudi. Firmauerūt inter se literis principes memora
ti, q; dum principatus aliquis ex tribus, sine masculo herede manserit, ad
alios deuoluatur: Inq; eam rem iussere dñi triū principatuū, suos quisq;
militares, singulis principibus suū prestari homagiū. Qua etiam ratione
quod suo loco dicem⁹, principat⁹ Stargardie, peruenit ad duces memora
tos, nostra memoria. Hoc ergo præcipue tempore, duces Magnopolenses
Hēricus & Iohānes, iam ex ephebis euadētes, administrationem terre sue
ipsi facere cooperūt. Duxit aut̄ Hēricus seniōr cōiugem dominam Doro
theam, filiam Fridērici marchionis de Brādenburgo, germanā Iohannis:
Incertū an eandē, quę impubes despōnsata erat, patrueli eius Alberto. Ea
genuit Hērico Albertum, Iohānem, Magnū, atq; Baltasar: quorū postre
mi duo, nūc rerum potiuntur, fratribus ante defunctis.

FINIT LIBER XI.

INCIPIT LIBER XII.

b

Bohemiam suā Sigismūdus, post Imperiale suscep̄tū dia
dema, longo post tempore, inuisere cōstituit. Iam enim
magna pars procerū, ad sanā mentē redīt. Audita ergo
Taboritar̄, Orphanorūq; insigni cēde, quā supra com
memorauim⁹, legatos in Bohemiā mittit: multos fieri
iubet cōuentus, quibus perfidi fidelibus immixti, mul
tis rationib⁹ suasi, iam etiā pro magna parte persuasi ui
debātur: renouatis regi suo sacramētis, q; in reliquū ecclesie, & regno, ad
iusta queq; parerēt. Dum hēc agerētur, persensit Imperator, in urbe Pra
ga reuiuiscere plātaria mala, quę extirpare cōtendit: Cum nōnulli, uel sis
ti timētes, uel quib⁹ trāquillitas grauis uideretur, in regē cōiurauere, sta
tuentes illū tollere de medio. Id ubi rescisset, proinde cōstituit, ne magno
tumultu cōiurationis capita tenerētur. Capti sunt quatuor & uiginti, per
summā, ut poterat, quietē: qui publico iudicio cōdemnati, gladiū senserūt
ultorē. Sed non erat ex fide, quę uidebatur, omniū procerū cōfessio. Pro
maxima causa fuit occupatio rerū ecclesiasticar̄, per tēpora belli. Tot sub
uersa collegia, tot monasteria, soloten⁹ deiecta: multis ea & magnis pre
dijs, in opulentissimo regno abūdabant. Ea iam erāt in manib⁹ laice no
bilitatis; & pleraq; iam a patribus accepta, per hereditariā successionem,

Niues pfun
dissimē.Mascula ples
deficit do
mui Wand.Deuoluū du
cat⁹ Stargar
dize.Hussite reno
vāt regi sa
cramentū.XXIIII. gla
dio casī.P̄dīa eccl
esiæ in ma
nib⁹ laicor̄.